

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM  
TEVBNERIANA

DIOGENES OENOAND.

EDIDIT  
L. WILLIAM




1280

L I P S I A E  
I N A E D I B V S B . G . T E V B N E R I

PA  
3965  
D558  
1907








~~D-5915-X~~

<sup>E</sup>  
DIOGENIS OENOANDENSIS  
FRAGMENTA,

ORDINAVIT ET EXPLICAVIT  
IOHANNES WILLIAM



33337'  
24.      "      36.

MCMVII  
LIPSIAE  
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI



PA  
3965  
D558  
1907

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEVNERI

Printed in Germany

HERMANNO DIELS

HERMANN O. THIER



## Praefatio.

Diogenis Oenoandensis fragmenta, quae anno 1884 viri docti Francogallici Holleaux et Paris atque insequenti anno Diehl et Cousin reppererunt, anno 1889 descripsit Cousin annoque 1892 edidit in ephemeridis *Bulletin de correspondance Hellénique* tomo XVI p. 1—76. qua editione nisus eodem iam anno vir doctissimus Hermannus Usener, quem nuper mortuum esse omnes vehementer dolemus, sagacissime fragmenta illa tractavit in *Musei Rhenani* tomo 47 et ut acrius solum illud Lyciae fertile pervestigaretur admonuit. et optime meriti sunt viri docti Austriaci Heberdey et Kalinka, quod anno 1895 monumenta illa lapidea recognoverunt et anno 1897 in illius *Bulletini* tomo XXI p. 346—443 ediderunt. qua editione prior Cousini prorsus fere obscurata et plerumque tum solum adhibenda est, si fragmenta servat ab Austriacis non reperta. nam et ipsorum lapidum formam in horum editione invenis diligenter depictam et descriptam, unde multa disci possunt, quae gravissimo momento sunt, et lectiones ipsae tibi praebentur multo accuratiores; nonnulla quoque nova fragmenta accesserunt. etiam maior fit huius editionis utilitas et verborum supplementis, quae partim ex Useneri opusculo recepta partim ab editoribus aliisque viris doctis praebita efficiunt, ut facilius contextus intelligi possit, et appendice, qua sermonis quae memoratone digna sunt diligenter ab editoribus componuntur.

Talibus fundamentis innisum aliquid novi se efficere posse etiam is speret, qui non ipse lapides illos loquaces viderit. cum enim multa a viris doctis adhuc enucleata

sint, tamen haud pauca nondum expedita, nonnulla non recte intellecta esse mihi videntur. nam neque contextum ipsum ubique recte perceptum neque semper rectis supplementis auctum neque fragmentorum ordinem semper restitutum esse puto. accedit, quod de scriptore quoque seu de scriptoribus — nam etiam ipsius Epicuri fragmenta servata sunt — falsae nonnullae ut mihi videntur vulgatae sunt opiniones. praeterea non inutile esse puto cum his quae Diogenes praebet semper cetera doctrinae Epicureae documenta componere, praesertim cum hoc modo id quoque videri possit, quanti ea aestimanda sint. quae cum ita sint, animum induxi ut Diogenis fragmenta eo qui mihi probabilis esse videretur ordine proponerem et interpretarer. sed antea de fragmentorum ordine ratio reddenda et de personis scriptorum quid mihi videatur dicendum est.

## Caput I.

### De ordinandis fragmentis.

Non omnia fragmenta ad idem scriptum pertinere, sed diversorum scriptorum reliquias nobis servatas esse iam Cousin vidit et nos nunc in novissima editione innisi multo melius statuere possumus. itaque hoc primum agendum est illi qui de his fragmentis disserat, ut suo quoque fragmentum attribuatur scripto. cuius muneris magnam partem iam solverunt editores, sed cum nonnulla relicta sint, de hac quoque re nobis disputandum est.

Duo in fragmentis digerendis nobis offeruntur praesidia, species lapidum et argumentum. de specie lapidum prius agendum est. atque non opus esse puto omnia hic iterum describere, sed sufficit ad novissimam editionem (*Bull. de corr. Hell.* XXI) te revocare, ubi ea inde a pag. 348 descripta et postea depicta atque accuratis indicibus instructa invenis. hoc solum nunc dicendum est, fragmenta et altitudine lapidum et magnitudine litterarum

et versuum numero in unam columnam coniunctorum inter se differre. consentaneum igitur erat similia similibus adiungere. hac autem in re illud primum considerandum est, murum illum, in quo inscriptio incisa erat, verisimilimum esse non ita aedificatum fuisse, ut singuli lapides promiscue et confuse nulla magnitudinis eorum ratione habita alius iuxta alium et supra positi essent, sed ut alii ordini aequae fere magnorum lapidum alius iuxta alium positorum alius ordo impositus esset iterum aequalium lapidum. atque lapides alius iuxta alium iacentes revera fere aequales fuisse vel ex eo apparet, quod multi lapides qui pari magnitudine sunt, eandem rem tractant, cfr. imprimis apud Heb. et Kal. fr. 60—84 et 40—45, 48—50, 52—54 (apud me fr. XXIII—XXXIX, XLI et fr. III—X, XIII, XIV, XX). itaque primum omnia fragmenta coniungenda sunt, quibus aequa altitudo est. nam cum eiusdem ordinis lapides, ut modo dixi, eadem fere altitudine fuisse credendum sit, rursus lapides qui eadem altitudine sunt, fortasse ad eundem ordinem pertinent, et si ad eundem ordinem, fortasse etiam ad idem scriptum. fortasse dico, nam fieri potest, ut et complures ordines aequae magnos habuerint lapides et in eodem lapidum ordine complura scripta incisa fuerint. hoc igitur modo nobis progrediendum esse videtur, ut primum omnes lapides aequales coniungamus, deinde autem ex argumento aliisque indiciis singulos aut artius conectamus aut discernamus.

Quattuor autem si ad altitudinem spectas genera lapidum distinguenda sunt. unum est eorum, quorum minima altitudo est 56 cm, maxima 62 cm; ad quod pertinent Heb. et Kal. fr. 60—75, 77, 80—83 (lapides corruptos alias ob causas huc vel illuc revocandos nunc commemoro), 37—39, 46, 55—56, 28, 29 (fr. XXIII—XXX, XXXIII, XXXIV, XXXV col. II, XXXVI—XXXIX, XVIII, XIX, XXI, XXII, XXV, LVII, LVIII). alterum genus est eorum quorum minimi 46 cm, maximi 50 cm alti sunt; ad quod pertinent fr. 41—43, 45, 48—50, 52—54, 57—59, 2, 26, 5, 8, 15—16, 18—19 (fr. I, II, IV—VIII,

X—XIV, LXV, LXVI, LXIX, LXXI pars inferior, LXXII, LXXIII pars inferior, LXXVIII, LXXX); etiam fr. 17 (fr. LXXIX) 43 cm altum huc pertinet. tertium genus est eorum, quorum altitudo minima 37 cm, maxima 41 cm est, quo pertinent fr. 3, 4, 10, 21—24 (fr. LXII—LXIV, LXX, LXXIV). quarti generis sunt fr. 6 (fr. LXXIII col. I v. 1—5, col. II v. 1—5), 7 (fr. LXXI col. I v. 1—5, col. II v. 1—5), 9 (fr. LXVIII), quorum altitudo est 33,5 et 34 cm, et fr. 1 (LXVII [35 cm]). fragmentis sic dispositis ex litterarum magnitudine et numero versuum singularum columnarum et argumento facile videri potest non quidem omnia in aequalibus lapidibus incisa fragmenta ad idem scriptum pertinere, sed contra illa, quae quin eiusdem scripti sint dubitari non potest (omnia fragmenta disputationis ethicae fr. 60 sqq. [fr. XXIII sqq.] et fragmenta sententiarum 28 [LVII] et 29 [LVIII], et fragmenta eiusdem epistulae 21—24 [LXIII et LXIV]) etiam eiusdem fere altitudinis lapidum esse. excepta sunt fragmenta quibus de senectute agitur, quae, cum maximis litteris scripta sint, tantam habent columnarum altitudinem, ut unus lapis totam columnam complecti non possit. sed hic quoque aequabilitatem quandam agnoscere licet, cum inferiores columnarum lapides (fr. 5 [LXXIII col. II], 8 [LXXI col. II, 6—10], 15 [LXXII], 16 [LXXVIII], 18 [LXIX], 19 [LXXX]) ad secundum genus (46—50 cm), superiores (fr. 6 [LXXIII col. I 1—5, col. II 1—5] 7 [LXXI col. I 1—5, col. II 1—5], 9 [LXVIII]) ad quartum (33,5—35 cm) pertinere videamus. quod autem nonnulli (fr. 4 [LXX], 10 [LXXIV], quae utrum ex media an infima an suprema parte columnae sint cognosci non potest, et fr. 17 [LXXIX], quod, etsi infima pars est, tamen 43 tantum cm altum est) ab hac lege paulum discrepant, non mirum est, cum meminerimus, lapides inferiorum ordinum non accurate aequa esse altitudine et in aedificando muro, quo magis murus cresceret, eo magis ordines lapidum illam ob causam turbatos esse, ideoque interdum paulo maiore sive minore lapide inserto inaequalitates exaequandas fuisse.

quae cum ita sint, si horum lapidum ordinem (inferiores 46—50 cm, superiores 33,5—35 cm) nonnumquam turbatum esse videmus, non mirari oportet, praesertim cum haec fragmenta propter maximam litterarum magnitudinem summum tenuisse locum iam ab Usenero l. c. p. 418 probatum sit.

Itaque hoc cum tenendum sit, murum illum aequabiliter exstructum fuisse, fieri non potest, ut inter fragmenta physicam tractantia, quorum altitudo est inter 46 et 50 cm, ponamus aliquos lapides ex iis, qui maximi generis sunt (56—62 cm). quod quam non recte fecerint editores, etiam ex alia re cognosci potest. in nullo enim alterius generis lapide (46—50 cm) adhibita est interpunctio illa, παραγραφή quae dicitur, exceptis fortasse fragmentis 57 (fr. II col. I) v. 8, 9, 10 et 59 (fr. I) col. II v. 4, quibus locis hanc ob causam laesum esse lapidem magis crediderim (57 [II col. I] v. 8 interpunctio nullum sanum habet sensum, et  $\bar{\text{C}}\text{Y}\text{M}\Phi\text{E}\text{P}\text{O}\text{N}$  v. 9 fortasse falso lectum est pro  $\Xi\text{Y}\text{M}\Phi\text{E}\text{P}\text{O}\text{N}$  (hanc formam litterae  $\xi$  habes fr. 30 [LIX] v. 10) vel  $\text{Z}\text{Y}\text{M}\Phi\text{E}\text{P}\text{O}\text{N}$ . fragmento 59 (I) col. II v. 4 linea incurva sanum quidem sensum habet, cfr. ad fr. XXIII col. III 12. sed licet revera illic positae sint παραγραφαί, in universum tamen in nullo alio genere lapidum nisi maximorum usurpatas eas esse concedendum est. itaque si diversa magnitudine fragmentorum 37, 38, 39, 46 non deterrearis, ne illa eidem scripto attribuas atque cetera fragmenta physica, hoc tamen impediris, quod in his omnibus interpunctio adhibita est. nam mirum esset putare interpunctionem, cum in ceteris eiusdem scripti fragmentis neglegatur, in nonnullis tamen usurpari, eaque casu quodam maiorem habere lapidum altitudinem. itaque consentaneum esse videtur fragmenta 37, 38 (XVIII), 39 (XIX), 46 (XXI), 56 (XV) coniungere, quippe quae eandem habeant altitudinem et sententias interpunctione distinctas, neque tamen propter argumentum et lineam quintam decimam omissam ad disputationem ethicam neque ad sententias ethicas pertineant. quae ut sic coniungamus praeterea primum eo admonemur, quod scriptor Antipatrum quendam et in fr. 38

(XVIII) et in fr. 56 (XV) alloquitur, deinde quod secunda persona ut in his fragmentis sic etiam fr. 39 (XIX) v. 3 (παρὰδεδομένους ὑπὸ σοῦ λόγους) occurrit, ut hoc quoque fragmentum aut ex epistula aut ex dialogo aliquo esse appareat, tum maxime eo, quod, cum in fr. 37/38 (XVIII) col. I promissa sit physica disputatio de innumerabilitate mundorum, omnibus illis fragmentis tale est argumentum, quale ad eam quaestionem optime quadret; nam fr. 39 (XIX) v. 5 legimus ὄλ[ον τὸν κό[σ]μον ἀναι[ρεῖν], eodem fragmento v. 14 de terra agitur (etiam paragraphe v. 1 legitur); fr. 46 (XXI) autem quomodo in hanc disputationem inserendum sit, suo loco dicemus, hic satis est te ad v. 14 μίαν δέ τινα γῆ[v] revocare, ut videas de numero terrarum agi (etiam paragraphe adhibita est). atque cum omnium horum fragmentorum hoc quoque commune sit, quod spatia magna supra et infra columnas relicta sunt (quia non habent quintam decimam lineam ut fragmenta ethica) iis adiungendum esse videtur etiam fr. 85 (XVII), quo secundam quoque personam invenis (ποθεῖς ἐκείνο). De fr. 82 (XXVIII), quod utrum quintam decimam habuerit lineam necne non cognoscitur, dubitari potest, resque ex eo pendet, quomodo versus corrupti suppleantur (ethicae disputationi attribui). accedit unum fragmentum, quod a Cousino solo servatum (fr. 10 Cous., fr. 44 Heb. et Kal. [XX]) nullis indiciis instructum est, quibus lapidis formam cognoscas. sed cum col. II v. 12 scriptor de hoc mundo loquatur (οὐδ' ὅδε ὁ κόσμος), putaveris huic mundo alios oppositos esse; itaque hoc quoque fragmentum disputationi de mundorum innumerabilitate inserui. magis dubitaveris num aliud fragmentum ab eodem Cousino solo nobis traditum (fr. 15 Cous., 51 Heb. et Kal. [XVI]) recte huc referatur. sed cum nullum aliud fragmentum exstet quattuordecim versuum, quo scriptor amicum aliquem alloquatur, nisi ea quae epistulae illius ad Antipatrum datae sunt, hoc quoque mihi videtur illi epistulae esse tribuendum.

Venimus ad reliquos lapides qui eadem altitudine sunt,

id est ad fr. 28—29 sententias continentia. cum quibus sive propter solum argumentum sive etiam propter alias causas — magna spatia supra columnam et a dextra et sinistra parte columnae relictas — coniungenda sunt fragmenta quorum de altitudine nihil constat 27 (LVI), 30—32 (LIX—LXI). ac primum quidem apparet eum qui has sententias insculpsit id operam dedisse, ut sententiae in uno lapide inceptae in eodem etiam finirentur. itaque factum est, ut fr. 27 (LVI) decem, fr. 28 (LVII) undecim, fr. 29 (LVIII) novem tantum habeat versus; de ceteris non constat. cum igitur cognoscatur versuum numeri eum qui insculpsit rationem non habuisse, verisimillimum esse videtur, quamquam versuum numerus non idem est, hos lapides eidem lapidum seriei attribuendos esse atque ceteros lapides aequae magnos, qui et epistolam ad Antipatrum et ethicam disputationem complectuntur. quod si iure facimus, quid rursus probabilius est, quam haec fragmenta cum quinto decimo illo versu per totam ethicae dissertationis longitudinem percurrente coniungenda esse, cum is quoque sententias contineat? quod simplicissimum in modum fit, si quintum decimum illum versum ethica disputatione finita his in lapidibus iuxta disputationem sitis continuatam esse arbitramur. ex eo autem sequitur, quod maximi momenti est, ut, sicut illas sententias Epicuri esse constat, ita hae quoque Epicuro vindicandae sint. vel potius cum in gnomologio quodam cum Epicuri sententiis Metrodori quoque nonnullas coniunctas esse videamus (*Wiener Studien* X, 191 sqq.), cautius dicendum est, seu Epicuri seu Metrodori seu Polyaeni seu Hermarchi has sententias esse (cfr. quae Usenerus disputat eodem loco p. 187 et *Epicurea* p. LIX sqq.). profecto sermonis usum cum Epicuri loquendi consuetudine maxime congruere facile videri potest, et postea nonnulla quae similia esse videntur adnotabo.

Ceterorum fragmentorum quae inter se cohaereant quae non cohaereant, facile intellegitur. ex altero lapidum ordine (46—50 cm) ad disputationem physicam pertinent

fr. 41—43 (IV—VI), 45 (VIII), 48—50 (X—XII), 52—54 (VII, XIII, XIV), 57—59 (II, I), id est ea fragmenta, quae XIV versuum columnas habent (de fr. 57—59 [II et I] infra p. XVI sq.); ad disputationem de senectute pertinent fr. 5 (LXXIII col. I v. 6—10), 8 (LXXI col. II v. 6—10), 15—19 (LXXII, LXXVIII—LXXX, LXIX), quae inferiorem tantum partem columnarum continent; fr. 2 (LXVI [11 versus]) et 26 (LXV [10 versus]) proprium obtinent locum (testamentum et epistula). ex tertio lapidum ordine (37—41 cm) ad disputationem de senectute pertinent fr. 4 (LXX), 10 (LXXIV), 25 (LXXXI), ad epistulam ad matrem datam fr. 21—24 (LXIII et LXIV); proprium locum tenet fr. 3 (LXII [prooemium]). ex quarto lapidum ordine (33—35 cm) qui servati sunt lapides omnes maximis litteris inscripti eiusdem de senectute disputationis columnarum superiorem partem continent (fr. 6 [LXXIII col. I 1—5, col. II 1—5], 7 [LXXI col. I 1—5, col. II 1—5], 9 [LXVIII]); fr. 1 (LXVII) igitur in eadem muri altitudine scriptum atque hi et ut hi in inferiorem lapidem transcurrens titulum huius de senectute disputationis partem esse puto, non totius inscriptionis, quod omnes editores arbitrantur.

Restant nonnulla fragmenta, quae cum pauca tantum litteras praebeant, nullius momenti sunt et vix digna quorum de sede disputetur. fragmenta 13 (LXXVI), 14 (LXXVII), 33 (LXXXII), 11 (LXXV, a Cousino solo servatum p. 32,5) maximis litteris scripta nimirum disputationi de senectute attribuenda sunt; fr. 72 (XXXIV) propter versum quintum decimum, fr. 78 (XXXI) et 79 (XXXII) propter argumentum et fr. 20 (XL, a Cousino solo servatum p. 27 media A) si recte conieci τὰ ψυχικὰ πύθη, ethicae disputationi vindicanda sunt; fr. 40 (III) propter argumentum et parvum tantum supra columnam relictum spatium, fr. 47 (IX, a Cousino solo servatum fr. 15 C) propter argumentum disputationi physicae inserenda sunt. cetera fragmenta quo referantur prorsus incertum est; etiam fr. 12 (LXXXIII, a Cousino solo



servatum fr. inc. p. 27 media C) ab Austriacis disputationi de senectute insertum vix huc pertinet, quoniam a Cousino mutilatorum lapidum ii tantum „fragments incertains“ appellatur, qui parvis litteris inscripti sunt (cfr. Cous. p. 60).

Hoc modo fragmentis suae quoque disputationi attributis considerare necesse est, quem locum in harum unaquaque teneant. ac primum quidem de dissertatione ethica agamus. editores adhuc eam legem secuti sunt, ut quinto decimo illo versu quasi norma ordinandi uterentur. nam verisimile esse putaverunt sententias eodem ordine aliam aliam excepisse, quem habet gnomologium illud apud Diogenem Laertium servatum, κυρίας δόξας quas vocant. sed hoc non idem esse ex fr. 76, 77 (L), 80/81 (XLVIII), 84 (LV) cognoscitur, quippe quae nobis praebeant reliquias sententiarum, quas Diogenes Laertius non habet; et inter κυρ. δόξ. VI et VIII deest septima, ut ex fr. 66/67 (XLIV) cognoscitur. quod nunc iam magis apparet, cum etiam fr. 27—32 (LVI—LXI), quae ad idem gnomologium pertinere me probasse spero, sententias habeant quae apud Diogenem Laertium non inveniuntur. simile igitur hoc gnomologium est illi, quod nuper inventum a Wotkio (*Wien. Stud.* X 191 sqq.) editum est. nam in illo quoque inter alias sententias κυρίας δόξας sparsas esse videmus, et eas quidem, quod nunc maximi momenti est, non illo ordine Laertiano nisi initio. itaque non licet sumere hoc de quo loquimur gnomologium Laertii servasse ordinem. — quae cum ita sint, nullum in huius disputationis fragmentis ordinandis habemus externum indicium nisi tum, cum eiusdem sententiae reliquiae in duobus lapidibus reperiuntur (fr. 62 et 63 = XLVI). argumentum ipsum nobis satis indicium esse debet.

Atque fr. 60 et 61 (XXIII et XXIV) initio scripti tribuenda esse apparet, cum manifesto ad praefationem pertineant. fragmentum 63 (XXIX) autem, quod rem et partitionem rei indicat, nobis praesidii aliquid praebet, quo in digerendis ceteris fragmentis uti liceat. dicit enim scriptor se primum περὶ καταστημάτων deinde περὶ

πράξεων dicere velle, tum prius caput incipit et τὰ πάθη, quibus sublatis voluptas animum capiat, enumerat: φόβον ἐκ θεῶν, φόβον ἀπὸ θανάτου, φόβον ἀπ' ἀλγηδόνων, ἐπιθυμίαν; eundem ordinem in disputatione servatum esse consentaneum est et a deorum metu quem primum posuit revera scriptorem incipere videmus col. II v. 12 sqq. ex hoc ipso cum iam probabile sit, fr. 71 (XXX) quo de duobus timoris generibus agitur huc revocandum esse, paene certa fit res versu quinto decimo. in fr. 63 (XXIX) enim prope ad finem deducta est Epicuri κυρ. δόξ. III, in fragm. 71 (XXX) autem altera (κ. δ. XIII) vix dum coepta est, ut videre possis, in uno lapide angusto inter utrumque sito et finem illius et parvo relicto spatio (spatium ante sententiae initium habes etiam fr. 80 = XLVIII) huius initium fuisse; atque eadem fere forma et latitudine perditus hic lapis erat atque fr. 71, cum et extremam partem columnae dextrae fr. 63 (XXIX) et primam maximamque partem eiusdem columnae contineret, cuius reliquias in fr. 71 (XXX) habemus. hic igitur prope certo exemplo demonstratur, non servatum esse sententiarum ordinem, quem Laertius nobis exhibet, cum κυρίαν δόξαν tertiam excipiat decima tertia, quamquam etiam quarta, quinta, sexta, octava, decima huic gnomologio insint.

Cetera fragmenta ita partitioni quam modo commemoravi accommodanda esse puto: ad hunc locum, quo de metu deorum agitur, pertinent etiam fr. 78—81 (XXXI—XXXIII), quibus de divinatione et de fato loquitur scriptor. videtur antea refutavisse Stoicos ex divinatione factum esse firmantes. ad secundum locum, metus mortis quo tractatur, referenda sunt fr. 73—75 (XXXVI), 72 (XXXIV), 76—77 (XXXV), ut videtur fr. 83 (XXXVII) quoque prorsus mutilatum. ad tertium, quo agitur de metu doloris, spectantia fragmenta nulla habemus. non enim fr. 64 et 65 (XXXVIII et XXXIX) huc recte referri ab Usenero et editoribus Austriacis puto, sed magis crediderim ea pertinere ad extremam partem totius de tollendis affectibus capitibus (cfr. ad fr. XXXVIII). etiam quarti loci capitibus prioris,

quo de cupiditatibus dictum est, nulla fragmenta exstant. — restant fr. 66—70 (XXV—XXVI). quae in secundum caput περὶ πράξεων, quod indicat Diogenes fr. 63 (XXIX), referunt Heberdey et Kalinka, non recte ut opinor. nam scriptor cum „de actionibus“ disputans ad virtutes venisset, si quantum eas ad beatam vitam conferrent demonstravisset, certe sic fere loqui potuit: „has ad quas nunc venimus virtutes non debet arbitrari ipsum esse τέλος vel ipsam esse vitam beatam, sed efficere tantum illam“. at sic non loquitur ille, sed dicit fr. 66/67 (XXV) col. I: εἰ μὲν . . . ἐπίσκεψιν εἶχεν, τί τῆς εὐδαιμονίας ποιητικόν, ἐβούλοντο δ' οὗτοι τὰς ἀρετὰς λέγειν . . . , οὐδὲν ἄλλ' ἔδει ποιεῖν ἢ τούτοις συνομογνωμονοῦντας μὴ ἔχειν πράγματα. ἐπεὶ δ', ὡς λέγω, τὸ πρόβλημα οὐ τοῦτό ἐστιν, τί τῆς εὐδαιμονίας ποιητικόν, τί δὲ τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν, καὶ οὐ κατὰ τὸ ἔσχατον ἢ φύσις ἡμῶν ὀρέγεται (i. e. τὸ τέλος), τὴν μὲν ἡδονὴν φημι καὶ νῦν καὶ αἰεὶ . . . . . τῆς ἀρίστης διαγωγῆς ὑπάρχειν τέλος, τὰς δὲ ἀρετὰς . . . τέλος μὲν οὐδαμοῦ, ποιητικὰς δὲ τοῦ τέλους εἶναι, quod postea demonstrare studet. vides id quaerere scriptorem, quid τέλος sit (τί τὸ εὐδαιμονεῖν ἐστιν), ποι- quales virtutes sint, et eos reprehendere, qui hoc τέλος de quo quaeratur, virtutes esse putent. itaque haec fragmenta cum appareat non esse referenda in illam secundam partem disputationis, atque cum ne in primam quidem partem quadrent, qua de affectibus agitur, potius et ante hanc et ante illam in initio scripti ponenda sunt. nonne iam fr. 60 (XXIII) scriptor de summo bono loquitur? quem verisimile est eiusdem fragmenti col. III promississe, de ea re se postea acturum esse. itaque credendum est, Diogenem ita opusculum suum instituisse, ut primum quae ab Epicureis ratione περὶ τέλους docerentur exponeret et adversarios (Stoicos) refelleret, deinde autem, postquam ἡδονὴν summum bonum esse ostendisset, explicaret, quomodo in vitae usu nobis haec scientia adhibenda esset (cfr. fr. 63 [XXIX] col. I ἡμ[εῖς ζητο]ῦμεν ἤδη, πῶς ὁ βίος ἡμῶν ἡδὺς γένηται).

Hoc unum tamen quintus decimus ille versus indicat, quot columnae minimum inter singula fragmenta servata perierint. quod ita cognoscimus, ut in antecedenti fragmento quae legitur sententiae litteras ab extrema littera servata usque ad finem numeremus, et in proximo fragmento quae est sententiae litteras ab initio usque ad primam servatam. nam cum sub singulis columnis spatio intercedente senae denae fere litterae scriptae sint, inde columnarum perditarum numerus computando effici potest. singulos numeros infra fragmentis addam, nunc id tantum commemoro, quot columnas tota haec disputatio minimum olim complexa sit. cum quadraginta tres columnae vel columnarum reliquiae servatae sint, plus quam quinquaginta sex perierint, sequitur ut plus centum columnis totum opusculum olim complexum sit — si quidem recte sumimus, sententias quarum reliquiae servatae sunt, totas a scriptore esse allatas.

In ordinandis fragmentis physicis in universum editores recentissimos sequor (excepta sunt nimirum illa, quae ad disputationem περὶ ἀπειρίας κόσμων pertinent). nam Diogenem ab elementis orsum deinde quae ex iis composita sint tractavisse (quo pertinet etiam mundi structura), tum de rebus humanis et de diis egisse et ex ipsa re verisimile est et ex Lucretii ordine. fragmentum 52 (VII) solum alio loco posui.

Non iam dubitari potest, quin fr. 57, 58 (II), 59 (I) quoque propter lapidis altitudinem numerumque versuum huic physicae disputationi vindicanda et eius praefationem fuisse putanda sint. nam quod Heberdey et Kalinka p. 350 dicunt, „ein Grund, mit jeder Columnereihe eine neue Schrift beginnen zu lassen liegt ja gar nicht vor“, cum per se non incredibile sit, tamen probari non potest, quia titulus huius scripti (fr. 55 = XXII) in lapide 61 cm alto inscriptus est, in eadem igitur lapidum serie erat atque cetera fragmenta ethica. itaque praefatio non potuit in superiore serie scripta esse. accedit quod fr. 61 (XXIV) idem fere legitur atque fr. 58 (II). qualia autem

fr. 57 (II col. I) videmus scriptorem demonstrantem, eandem rem (ἀταραξίαν) omnibus hominibus prodesse, et fr. 59 (I), defendendam esse hominum vitam tempus perdentium, quia nesciant, quae animo quae corpori usui sint, talia in praefatione physicae disputationis commemorari non mireris, cum Epicurus ipse initio epistolae secundae, qua de rebus caelestibus agitur, hoc scripserit (§ 85, Us. p. 36, 1 sqq.) πρῶτον μὲν οὖν μὴ ἄλλο τι τέλος ἐκ τῆς περὶ μετεώρων γνώσεως . . . . νομίζειν εἶναι ἢ περ ἀταραξίαν καὶ πίστιν βέβαιον καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. aliis locis aliis verbis idem dictum est, ut κυρ. δόξ. XI εἰ μὴθὲν ἡμᾶς αἰ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν καὶ αἰ περὶ θανάτου, μήποτε πρὸς ἡμᾶς ἦ τι, ἔτι τε τὸ μὴ κατανοεῖν τοὺς ὄρους τῶν ἀληθδόνων καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν, οὐκ ἂν προσεδεόμεθα φυσιολογίας; cfr. etiam κυρ. δόξ. X. itaque cum videamus physiologiam quasi ancillam ethicae Epicureos existimasse, nihil habet offensionis, quod in praefatione physiologici scripti de studiis hominum perversis et de illa animi condicione, quam ἀταραξίαν vocant Graeci, agi videmus, cum notitia rerum naturae ob nullam aliam causam petenda sit secundum Epicurum nisi quod ἀταραξίαν efficiat. cum autem fr. 57 v. 13 — fr. 58 col. I v. 1 (= fr. II col. I, 13 — col. II, 1) dicat scriptor, se antea duas attulisse causas cur libellum componeret, fr. 59 (I) autem causa scribendi aliqua afferatur, hoc ante illud collocandum est; quod recte ita fieri quodam modo probatur fr. 58 col. III (fr. II col. IV) versibus 3 sqq., ubi legimus scriptorem antea de falsis opinionibus (ψευδοδοξία) hominum locutum esse, quibus verbis fr. 59 (I) optime congruit.

Epistolae ad matrem datae fragmenta pauca ab editoribus Austriacis recte ordinata sunt, nam frr. 23—24 (LXIV), quae utrum ante frr. 21—22 (LXIII) an post collocanda essent dubitari potuit, arte coniuncta sunt cum fragmenti 22 (LXIII) columna ultima, ut suo loco probabo.

Disputationis de senectute fragmenta ita ordinavi, ut

priora ea collocarem quae de molestiis senectutis (de sensuum hebetatione et membrorum tarditate) deinde ea quae de utilitate agunt, quam senes quoque hominibus afferre possint. haec sequuntur fragmenta incerta. fragmentum 9 (LXVIII) autem, quod ita incipit: Πολλάκις ὦ νέοι νῆ τὸν Ἡρακλέα καὶ ἡγανάκτησα κτλ. totius scripti initium fuisse verisimile esse mihi quidem videtur.

Singularem locum occupat fr. 3 (LXII). legimus enim v. 3 sqq.: ἐπιστάμενος δὲ ἀκρειβῶς ὅτι τῇ γνώσει τῶν πραγμάτων ὧν ἐν ταῖς ὑποκάτω χώραις ἐδήλωσα φυσικῶν τε ἅμα καὶ παθητικῶν . . . ad totam igitur inscriptionem spectat et super physicis et ethicis scriptis erat inscriptum, propter altitudinem autem (38,5 cm) et litterarum magnitudinem in eundem lapidum ordinem atque fr. 21 — 24 (LXIII—LXIV) referendum est. itaque hoc fragmentum, cum eadem in altitudine inscriptum esse videatur atque epistulae et sola scripta inferiore loco incisa commemoret physica et ethica, nonne tum inscriptum esse nobis credendum est, cum epistulae et cetera scripta nondum incisa erant? maxime igitur probro, quod editores recentissimi p. 350 arbitrantur, dissertationem quae est de senectute et omnia alia scripta maioribus litteris quam scripta physica et ethica incisa post haec inscripta esse; et illa praefatione, cuius hoc fragmentum pars est, causam attulisse scriptorem puto, cur ad illa scripta physica et ethica haec nova (epistulas et alia) adderet. quam ob rem etiam illa primo tractavi.

Unum hoc quoque liceat mihi exponere, quomodo tota inscriptio ordinata fuisse mihi videatur. de ea re confer etiam quae Us. l. c. p. 418 et Heb. et Kal. p. 348 dixerint. ex his hoc maxime probro, quod fragmenta maximis litteris scripta altissimum tenuisse locum censuerunt; cetera autem, si recta sunt quae adhuc disputavi, paulum mutanda sunt. itaque memineris velim, quae supra de lapidum altitudine dixerim, et conferas lapidum formam apud editores recentissimos depictam. res enim simplicissima est, si putamus omnia fragmenta 56—62 cm alta, id est epistolam ad Antipatrum

de innumerabilitate mundorum et disputationem ethicam cum quinto decimo versu sententias continente et sententias fr. 27—32 (LVI sqq.) eadem in altitudine inscriptas fuisse, super his autem alteram lapidum seriem (46—50 cm), quae solam disputationem physicam haberet (cfr. tabulam p. 105). super his autem series lapidum erat, quae mixtos habebat lapides 45—50 cm et 37—41 cm altos, ut inaequalitates inferiorum lapidum exaequarentur (cfr. quae iam supra dixi p. VIII sq.); nam ut exemplum afferam, lapidi 56 cm alto cum imponerentur duo lapides 46 cm alti, eadem effecta est altitudo atque cum lapidi 60 cm alto imponeretur lapis 50 cm huicque lapis 38 cm altus (148 cm). talem autem ut sumam lapidum diversa altitudine seriem cum eo commoveor, quod epistulas et in hoc et in illo genere lapidum incisas esse videmus (cfr. fr. 21—24 [LXIII, LXIV] et 26 [LXV]), tum maxime eo, quod etiam disputatio de senectute in utroque genere lapidum scripta est (cfr. fr. 5 [LXXIII col. II 6—10], 8 [LXXI col. II 6—10], 15—19 [LXIX, LXXII, LXXVIII—LXXX] et fr. 4 [LXX], 10 [LXXIV], 25 [LXXXI]; semel [fr. 17 = LXXIX] etiam lapis 43 cm altus invenitur). qua in serie legebantur praefatio (fr. 3 [LXII]), epistulae et testamentum (fr. 21—24 [LXIII], 26 [LXV], 2 [LXVI]) et inferiores partes columnarum disputationis de senectute (fr. 4 [LXX], 5 [LXXIII col. II 6—10], 8 [LXXI col. II 6—10], 10 [LXXIV], 15—19 [LXIX, LXXII, LXXVIII—LXXX], 25 [LXXXI]). hoc autem sententia mea aliquo modo probatur. si huius et illius generis lapides variabant, ut inaequalitates exaequarentur, nimirum superiores margines utriusque generis fere eadem in altitudine erant, inferiores autem margines altiorum lapidum (46—50 cm) inferius erant quam humiliorum (37—41 cm). itaque in inscribendis epistulis et testamento ut aequa columnarum altitudo servaretur, altiorum lapidum partem inferiorem vacuam relinquere oportuit. quod revera in fr. 2 (LXVI) et 26 (LXV) factum esse videmus. — huic autem seriei impositi erant lapides 33—35 cm fere alti, qui superiorem tantum partem tituli

et columnarum ad disputationem de senectute pertinentium continebant (cfr. fr. 1 [LXVII], 6 [LXXIII col. I 1—5, col. II 1—5], 7 [LXXI col. I 1—5, col. II 1—5], 9 [LXVIII]). haec igitur pars ex tota reliqua inscriptione prominebat. Fortasse scriptor, cum epistularum litterae minores essent quam ut tanta in altitudine muri scriptae perspicue legi possent, novam de senectute disputationem maioribus litteris et columnis inscribi iussit, ut etiam supra posita serie lapidum abuti necesse esset.

## Caput II.

### De epistula ad matrem data.

Fragmenta LXIII et LXIV (Heb. et Kal. 21—24) non sine causa summo nostro studio digna habentur. continent enim epistulam, quam non ab ignobili homine, sed ab ipso Epicuro scriptam esse a viris doctis affirmatur. acrius igitur inspicienda sunt. ac primum quidem causas, quibus viri docti adducti sint, ut Epicuro hanc epistulam attribuerent, consideremus. Cousin p. 68 sq. his fragmentis et aliis, quae nunc ab editoribus recentissimis recte in unum de senectute libellum comprehensa sunt, a ceteris segregatis, quod altiores habent litterarum ductus, ac non iam Antipater sed mater ab eo qui scripsit appellatur (omnia enim cetera fragmenta falso, ut nunc videmus, epistulae ad Antipatrum datae inseruit), in his simplicius et clarius esse dicendi genus censet et formam ὑφειστήκεσαν (fr. LXIII [Heb. et Kal. 21] col. II v. 9) in aetatem multo antiquiorem quam qua vixerit Diogenes nos revocare statuit. quae cum ita sint et cum haec fragmenta eodem loco atque cetera inventa simile habeant iis argumentum et hanc ob causam quin in eodem fuerint monumento dubitari non possit, credendum esse nobis Diogenem praesidis alicuius scholae Epicureae epistulam producere, ut scilicet quas ipse proferat sententias magis stabiliat.



et ut Epicuri κούριας δόξας ab eo afferri videamus, ita epistulam quoque ipsius Epicuri afferri nihil impedire quominus credamus. ceterum de epistula Epicuri ad matrem data etsi nihil adhuc audiverimus, tamen epistularum quae simile habeant argumentum fragmenta exstare Us. *Epicurea* p. 155—158, ex quibus unum (fr. 184) fortasse ad eandem epistulam pertinere atque hoc quod a Diogene servatum est. dicere enim Epicurum in illo fragmento se quotannis centum et viginti drachmas accipere velle παρ' ἑκατέρου, in fr. autem LXIV col. III (Heb. et Kal. fr. 24) v. 8 nos legere οὐκοῦν ἑκάτερον ὑμῶν ἰδίᾳ δεῖ βαρεῖσθαι δι' ἡμᾶς. sed hanc similitudinem Cousin, ut ipse dicit, non premens id potissimum monet, Cleontis nomen et hic (fr. LXIV col. III v. 5 = Heb. et Kal. fr. 24 v. 5) et ab Epicuro ineunte ad Pythoclem epistula commemorari. itaque aut ab Epicuro aut ab aequali aliquo illius sectatore scriptam esse hanc epistulam.

Iam confidentior Usener l. c. p. 424 sqq. statuit, de alio auctore cogitari non posse nisi de Epicuro, cum unam hanc afferat causam. vocem et notionem εὐθυμίας, quae vox legitur apud Cous. fr. 30, Heb. et Kal. fr. 27 (LVI), in ethica Democritea locum suum habere; a qua Epicurum quoque primum profectum esse, sed cum magis magisque a doctrina Democritea discederet et proprias insisteret vias, hanc quoque notionem εὐθυμίας eum abiecisse; nam neque vocem neque notionem in scriptis Epicuri quae nobis servata sunt exstare. inde apparere, epistulam illam ab Epicuro ipso scriptam esse idque iis temporibus, cum philosophiam discipulos docere modo inciperet. has Cousini et Useneri argumentationes novissimi editores adeo ut videtur probant, ut ne verbo quidem addito satis habeant huic epistulae notam Epicuri imprimere (p. 348).

Spectemus igitur, qualem habeant fidem virorum doctorum argumentationes. ac primum quidem quod maiores sunt horum fragmentorum litterae quam ceterorum, eo fortasse divinari potest non ad eandem disputationem illa fragmenta pertinere; quod quidem etiam eo demon-

stratur, quod hic matrem, alibi alios alloquitur auctor. sed minime alia allocutio et alia litterarum magnitudo alium auctorem indicant, et satis est te revocare ad fr. LXII = Heb. et Kal. 3, quod aequè magnis litteris scriptum atque haec de qua agimus epistula propter argumentum a nullo alio scriptum esse potest nisi ab ipso Diogene (. . . τους ἐπιδημούντων ξένων φιλάνθρωπον; cfr. fr. II col. V = Heb. et Kal. fr. 58 col. IV et fr. XXIV col. I et II = Heb. et Kal. fr. 61; et τῶν πραγμάτων, ὧν ἐν ταῖς ὑποκάτω χώραις ἐδήλωσα φυσικῶν τε ἅμα καὶ παθητικῶν.). quod fragmentum quomodo a Cousino eidem epistulae, quam Epicuri sive familiaris eius esse putat, inseri potuerit non intellego. de diversa autem litterarum magnitudine cfr. quae supra dixi et Usenerum loco citato p. 418. sed veniamus ad ceteras causas quas affert Cousin. orationem multo simpliciore et clariorem esse dicit. sed talia fallere possunt et sermoni huius epistulae non deesse obscuritates postea, ut opinor, ostendam, cum ad accuratam interpretationem venero (cfr. quae ad fr. LXIII col. II dixi). deinde statuit talem formam qualis sit ὑφειστήκεσαν nos in antiquiorem aetatem revocare, scriptorem Diogenis aetate viventem nimirum ὑφέστασαν dicturum fuisse ratus. sed et in universum perfecti formae in -κα desinentes recentiores sunt aliis (cfr. G. Meyer Gramm. p. 634 sq.) et formae longiores ab ἔστηκα derivatas paulatim breviores represserunt adeo ut inscriptiones Atticae quarti a. Chr. saeculi illas solas formas nobis praebeant (cfr. Meisterhans p. 152). vide etiam quod dicit W. Schmid *Atticismus* IV p. 396: „Die kurzen und die langen Formen des Perfectums von θνήσκω und ἴστημι gehen, wie im Attischen, so bei den Schriftstellern der κοινή . . . und den Atticisten nebeneinander her.“ et G. Schmidt, *Jahrb. f. klass. Philol.* Suppl. X p. 481 de Flavio Josepho locutus: „In plusquamperfecti indicativo formae longiores longe praevalent“ et Winer-Schmiedel, *Gramm. d. neutestam. Sprachidioms* § 14, 5: „Das Perf. von ἰσθάναι zeigt im Indicativ nie die kürzeren Formen ἔσταμεν, ἔστατε, ἔστᾶ-

σιν, aber stets im Inf. ἐστάναι u. Part. ἐστῶσα.“ apud Epicurum ipsum, ut hoc quoque addam, utramque formam invenimus: ep. I 81 Us. p. 30, 14 τεθνάναι, p. 52, 13 ἐστάναι et 15 περιεστάναι, p. 61, 3 δεδιέναι, p. 71, 9 ὑφεστῶτας, p. 74, 9 καθεστῶτων, p. 76, 5 ὑφεστηκός, p. 79 ἐφεστηκότας, p. 80, 6 περιεστῶτων, p. 164, 6 τεθνηκότες, p. 168, 2 καθεστήκωσιν, p. 283, 5 καθεστῶτες. et quid iudicabimus, si viderimus, quod etiam recentissimi editores p. 433 optime admonent, Diogenem ipsum numquam aliam formam perfecti ἔστηκα adhibere nisi longiorem? concedendum igitur est hanc formam minime nos cogere, ut illud fragmentum ab antiquiore aliquo auctore quam Diogene scriptum esse putemus.

Cum igitur eae quas Cousin ex loquendi consuetudine sumptas affert causae nihil valeant, relinquuntur eae, quas argumentum et rem nobis praebere arbitratur. ac pecunia quidem talis est res, qualis a quolibet homine in epistula commemorari possit. nimis autem audacter Cousin conicere mihi videtur, epistularum ab Usenero *Epicurea* pag. 157 fr. 184 coniunctarum priorem eandem esse atque hanc, cum ad eundem eam datam esse atque posteriorem verisimillimum sit. sed ipsum Philodemi locum, quem plenior nobis praebet Gomperz *Hermae* tom. V p. 394 proponam: „ . . . [συνε]τάξατο ἑμαυτῶ[ι κ]ἂν ἐν Ὑπερβ[ορ]είοις ὧσιν ἀποστε[λε]ῖν, ταύτην καὶ μόνην ἐπιτάττω. [ἐ]κατὸν γὰρ κα[ὶ ε]ἴκοσι [δ]ρ[αχ]μὰς μόν]ας κατ' ἑνιαυτὸν βούλομαι παρ' ἑκατέρου λαμβάνειν.“ καὶ δι' ἑτέρας: „ἤνεγκέ μοι Κτήσιππος τὴν κατ' ἑνιαυτὸν σύνταξιν, ἣν ἀπέστειλας ὑπὲρ τε τοῦ πατρὸς καὶ σεαυτοῦ.“ Μιθρεῖ δέ: „ὁ γὰρ ὄρος ὁ κατατεταγμένος τῆς [σ]υντά[ξ]εως . . .“ non opus est multa verba de hoc loco facere, cum appareat, verbis Μιθρεῖ δὲ Philodemum, cum antea de Ctesippo locutus sit, ad alium hominem transire, verbis autem καὶ δι' ἑτέρας ad aliam quidem epistulam, non tamen ad alium hominem, et verbis παρ' ἑκατέρου eosdem, quorum postea mentio fit, Ctesippum eiusque patrem intelligendos esse. haec igitur epistula

minime eadem esse potest atque ea de qua iam dudum agimus. accedit quod Epicurus illa epistula ab utroque centum viginti drachmas flagitat, is autem qui hanc epistulam scripsit, a matre quidem nihil accipere velle videtur. — unum igitur hoc restat argumentum: Cleon aliquis et ab Epicuro et ab auctore huius epistulae nominatur. et certe si probaretur Cleontem eum qui in hac epistula commemoratur non posse alium esse nisi illum, quem nominat Epicurus, Cousino credendum esset. sed hoc, quod quaestionis caput esse videmus, neque probari potest neque refelli, quia de amico illo Epicuri hoc tantum scimus, quod Usener in indice nominum p. 400 dicit: „Κλέων fingitur a scriptore epistulae II 84 litteras Pythoclis ad Epicurum attulisse.“ neque tam raro in documentis Graecis quae exstant nomen Cleontis invenitur, ut hanc ob causam aliquis hoc loco de nullo alio cogitari posse credat nisi de illo Epicuri amico. nam Kirchner in *Prosopographia Attica* non minus quam viginti quattuor Athenienses nomine Cleontis enumerat et Pape in *Onomastico* praeter Athenienses et amicum illum Epicuri viginti tres Graecos aliis oppidis ortos collegit. itaque hoc dicendum est, Cousino quidem non contigisse, ut ab Epicuro vel aequali eius discipulo hanc epistulam scriptam esse probaret.

Brevius de illo quod Usener affert argumento agendum est. qui adeo sibi persuasit litteras illas non a Diogene conscriptas esse, ut hoc tantum demonstrare studeat, non familiarem aliquem Epicuri, sed magistrum ipsum eas concepisse, quod ut supra dixi uno verbo εὐθυμίας in illis posito evinci putat. sed cum iam argutius sit voce quae apud Epicurum non inveniatur originem Epicuream demonstrare, nunc e novissima editione videmus, fragmentum illud, in quo vox εὐθυμίας exstat, ne pertinere quidem ad hanc epistulam, sed Sententiis inserendum esse. maxime igitur miror, quod recentissimi editores, etsi gravissima ut mihi videtur argumenta ipsi sustulerunt, cum non nisi formas longiores ab ἔστηκα derivatas a Diogene usurpatas esse et fragmentum cui inest vox εὐθυμίας ab his litteris

secernendum esse ostenderent, tamen reliqua argumenta satis idonea esse putaverunt ad originem Epicuream demonstrandam.

Sed non satis est exponere non multum valere argumenta quae proponuntur, cum tamen aliquis satis fidei fortasse tribuat et similitudini rei et Cleontis nomini. itaque e contrario probari fortasse potest ab Epicuro quidem epistolam scribi non potuisse. quod certissime evinci posse puto sermone huius epistolae cum Epicuri quae servata sunt scriptis collato. quam quaestionem ita institui, ut primum verborum in Epicuri scriptis et fragmentis traditorum indicem composuerim, deinde viderim, quae in hac epistula exstant verba utrum ab Epicuro usurpata sint necne, tum ea, quibus ille non utitur, apud quos scriptores et qua aetate inveniantur exquisiverim, praecipue autem, utrum Epicuri temporibus iam usitata fuerint necne. proponam igitur indicem eorum verborum, quae ad hanc quaestionem nobis usui sunt.

ἀντιλαμβάνεσθαι (fr. LXIV col. I v. 2 = HK fr. 21, col. I v. 2) ea quam hic habet significationem (= αἰσθάνεσθαι, *percipere*) neque ab Epicuro usurpatur neque ab ullo ante Epicurum scriptore. neque enim quae leguntur Plut. adv. Col. 5 p. 1109 d διδάσκουσιν ὡς ἀναπεφυρμένων καὶ συμμεμιγμένων ὁμοῦ τι πάντων, ἄλλου δ' ἄλλῃ πεφυκότος ἐναρμόττειν, οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ποιότητος ἐπαφή καὶ ἀντίληψις κτλ. cur Metrodori propria verba habenda sint ulla est causa (Körte Metrod. fr. 1), neque Aristophanis Thesmoph. versus 242 sine dubio corruptus πρὶν ἀντιλαβέσθαι πρωκτὸν τῆς φλογός ullius momenti esse potest. immo primum legitur apud Arium Didymum, tum Aëtium, raro etiam apud Plutarchum, at usitatissimum est apud scriptores philosophos posteriorum temporum, ut Porphyrium et Aristotelis commentatores (etiam ἀντίληψις et ἀντιληπτικός = *perceptio* et *percipiens* huc pertinent). apud Diogenem ipsum habes vocem ἀντίληψις fr. IV (= Heb. et Kal. 41) col. II v. 7. ac fortasse nobis contingit, ut quomodo vox ἀντιλαμβάνεσθαι illam

significationem nancita sit cognoscere possimus. post Epicurum et ante Arium Didymum et Actium hoc factum esse necesse est. cum autem ἀντιλαμβάνεσθαι τινος propriam habeat significationem *prehendendi*, quaerendum est, quomodo ea, quae sensibus percipiuntur, *prehendantur*. et optime nos adiuvat doctrina Stoicorum quae de sensibus traditur, qua de re conferas velim quae disputat L. Stein *Psychologie der Stoa* II 133 sqq. neque enim Stoici sensus ita fieri putant, ut animus noster tantum patiatur plagas extrinsecus sibi illatas, sed ita, ut ipse quoque agat animus (testimonia habes apud Steinium l. c. p. 127 sqq.). qua actione animum res *prehendere* Stoici dicunt. legimus enim haec apud Aët. Plac. IV 8, 1: οἱ Στωικοὶ ὀρίζονται οὕτως τὴν αἴσθησιν· αἴσθησις ἐστὶν ἀντίληψις δι' αἰσθητηρίου ἢ κατάληψις, et apud Nemesium de nat. hom. cap. 7 ἐστὶ δὲ αἴσθησις ἀντίληψις τῶν αἰσθητῶν . . . . ἔτι δὲ καὶ οὕτω· δύναμιν ψυχῆς ἀντιληπτικὴν τῶν αἰσθητῶν. qua in definitione Stoicorum ἀντίληψιν propriam habere significationem apparet, cum nisi ita esset, nulla esset definitio; sed facile intelligitur, vocem ἀντίληψιν (et ἀντιλαμβάνεσθαι et ἀντιληπτικός) ipsam vim percipiendi nancisci potuisse. itaque si revera vox ἀντιλαμβάνεσθαι Stoicis debet vim percipiendi — et certo e vulgari sermone sumpta esse non videtur, cum a scriptoribus philosophis solis adhibeatur —, quam maxime reicienda est opinio eorum, qui fragmenta illa Epicuri esse putent. (addendum est, quod etiam similia verba κατάληψις et καταληπτικός a Stoicis originem ducere Cicero testatur.)

βαρεῖσθαι (fr. LXIV col. III v. 9 = Heb. et Kal. fr. 24, v. 9) hoc sensu adhibitum est (= βαρέως φέρειν, apud poetas βαρύνεσθαι) in LXX Exod. 7, 14, in novo Testamento 2. Cor. I, 8 et V, 4. ab aliis scriptoribus additur res qua animus gravatur, ut exemplum afferam, a Plutarcho vit. par. p. 273D πένθει βεβαρημένος. vulgaris igitur haec significatio vocabuli est. vox ipsa βαρεῖν poetica est, cfr. praef. cap. III.

ἐπαίρειν ἑαυτὸν (fr. LXIV col. I v. 9 = Heb. et

Kal. fr. 23) eandem vim habet atque *animus erigere* et construitur secundum ea verba, quae motum aliquem animi indicant, ἐπί τι. neque haec structura neque omnino verbum ipsum hoc sensu alias exstare videtur.

θνητότης (fr. LXIII col. IV v. 4 = Heb. et. Kal. 22, v. 4), ut iam Usener adnotat, valde recens est verbum, cuius exempla notantur apud Tatianum, Didymum Alexandrinum, Joh. Chrysost., Nemesium, Nilum, dialog. de anima adv. Platonem, schol. Philostrati, schol. Luciani. addo schol. Ven. ad Iliadem H 59, Pseudalexandrum Aphrod. in Metaphys. K 1, I p. 637, 26 (i. e. Michaellem Ephesium), Davida in Porphy. isagogen in ed. Ac. Ber. XVIII, 2; sed apud Alexandrum et Davida θνητότης, ut nunc dicimus, abstractio logica est, apud ceteros autem et ipsum Diogenem fr. XXXV col. III v. 3 haec vox ita usurpatur, ut eam iam in usu cotidiano fuisse appareat.

Structura λείπει μοί τι (fr. LXIV col. II [Heb. et Kal. 23] v. 6 et 7) apud Polybium primum invenitur 10, 18, 8 ἤρετο τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων αὐταῖς. Plutarchus non habet, sed Epictetus, Galenus, commentatores Aristotelis, alii recentiores. vulgaris igitur structura est.

προσφάτως (fr. LXIV col. III [Heb. et Kal. 24] v. 4) quod est *nuper* apud Machonem poëtam comicum primum invenimus (Athen. 13, p. 581 e) ἐκ τῆς Κορίνθου προσφάτως ἀφιγμένος, deinde in LXX Deut. 24, 5, saepius apud Polybium, tum Posidonio coniectura restituitur (apud Athen. 4, p. 153), porro exstat in Diodoro Siculo 1, 36 et 14, 115 semel in Parthenio et Galeno et Babrio 30, 3, in Gregorio Nazianzeno, in Phalaridis epistulis. quibus exemplis addenda sunt Acta Apost. 18, 2 (cfr. Deissmann *Bibelstudien* p. 211), Aristeas c. 5, Pap. Grecs Paris. p. 370, 10 (165 a. Chr.), Dio Chrysost. (cfr. Schmid *Atticismus* p. 701), Eustratius XX 96, 20 et 394, 10, Anonymus in Aristot. Rhet. XXI 2, 82, 8. in exemplo illo Posidoniano: τὰ δὲ βρώματα ἄρτοι . . . καὶ τῶν προσφάτως καθιερευθέντων ὅπτα δαψιλῆ, si quidem recte mutatum est προσφάτως ex προσφάτων, propria vis nondum ob-

securata est. formam adiectivam πρόσφατος iam Aristoteles habet (*recens*, sed etiam translata significatione πρόσφατοι μάρτυρες, qui opponuntur παλαιοίς). vox vulgaris.

συγχρησθαί τινι (fr. LXIV col. III [Heb. et Kal. 24] v. 10) primus usurpat Polybius idque ita, ut sit *simul uti* aut simpliciter *uti*. huius vero significationis, quam hic habet *familiariter uti*, *Umgang pflegen mit jmdm.*, unum repperi exemplum quod in Thesouro notatur Evang. Joh. 4 οὐ γὰρ συγχρῶνται Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις. verbi significatio vulgaris esse videtur.

προσδοκᾶν τινα ποιοῦντα (fr. LXIV [Heb. et Kal. fr. 23] col. I v. 7) nusquam alibi exstare videtur.

ὕφιστασθαι de imaginibus hominum in animos nostros subrepentibus dictum (fr. LXIII col. II [Heb. et Kal. fr. 21 col. II] v. 9) nusquam apud Epicurum legitur neque apud alios scriptores inveni, sed προσπίπτειν vel ὑποπίπτειν vel ὑπέρχεσθαι dici solet. similitudinem quandam habent rursus Polybiana 11, 30, 2 τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπέστη δέος, *animos vulgi talis terror subrepsit*.

Addo quod dicendi formula ὅσον ἐπ' ἐμοί (fr. LXIII [Heb. et Kal. fr. 21] col. II v. 5) in Epicuri scriptis non invenitur, apud Aristotelem semel notatur Polit. B 9, p. 1270b 12, in posteriorum temporum scriptoribus ut Plutarcho, Luciano, aliis saepe legitur, apud Diogenem quoque ipsum fr. I (Heb. et Kal. 59) col. II v. 13.

Quod verba περιγίνεταιί τινί τι (fr. LXIII col. IV [Heb. et Kal. fr. 21/22 col. IV] v. 1), ἐλάττωσις (fr. LXIV [Heb. et Kal. fr. 23] col. I v. 3), τίθημί τινα ποιοῦντά τι (fr. LXIII [Heb. et Kal. fr. 21/22] col. III v. 3—6) in Epicuri quae supersunt scriptis non leguntur, casu factum esse magis crediderim, cum περιγίνεσθαι quidem hoc sensu *obtingendi* apud complures ante Epicurum scriptores exstet (Demosth., Thucyd., Aristotelem bis), et ἐλλάττωσις semel apud Aristotelem Top. 6, 3 p. 141a 16 et in Anaximenis Rhetoricis 37, 1442a 16, τίθημί τινα ποιοῦντά τι iam apud Platonem bis adnotentur ab Astio.



Satis igitur multa his quamvis exiguis fragmentis insunt vocabula vel structurae vel dicendi formulae, quae neque in scriptis Epicuri inveniuntur neque omnino aetate Epicuri usurpata fuerint. sed cavendum est, ne temere et inconsiderate progrediamur. nam cum huius epistulae auctorem vulgari sermone uti videamus, nunc quaeritur, quae ratio Epicuro cum vulgari sermone intercedat. qua de re nuper disseruit P. Linde *de Epicuri vocabulis ab optima Athide alienis* (Vratisl. 1906), qui illius verborum suppellectile cum aliis linguae Graecae testimoniis collata praeter alia hoc praecipue demonstrat, illum multa vocabula ex κοινῆ dialecto haurientem medium fere inter Aristotelem et Polybium locum obtinere (p. 54). itaque quod in hac epistula non pauca vulgaris sermonis exempla invenimus, quae in Epicuri scriptis non leguntur, hoc quidem certo demonstrari non potest, eam ab Epicuro alienam esse, cuius parum multa documenta nobis tradita sunt, quam ut hoc vel illud vocabulum ab eo certa fide abiudicari possit. plus tamen valet magnus pro tam exiguo fragmento vulgarium et recentium vocum numerus, quo nimium dubitatio movetur, num epistulae auctorem inter Aristotelem et Polybium ponere possimus. maximi autem ponderis est, si recte iudicavi, quod huic fragmento inest vox ex Stoicorum officina orta. itaque nulla est causa, cur haec epistula illi attribuatur.

Sed etiam argumentum epistulae non satis congruere videtur iis, quae de parentibus Epicuri nobis tradita sunt. nam epistulae auctor scribit fr. LXIV (Heb. et Kal. 23) col. II v. 1 sqq. et col. III (Heb. et Kal. fr. 24) v. 2 sqq. sibi perpetuo (συνεχῶς) a matre et a patre pecuniam mitti. sed Epicuri parentes num tantis opibus fuerint, valde dubitari potest. Diogenis quidem Laertii (X, 4) testibus si fidem habemus, Epicurus et patrem pro exigua mercede pueros docentem et matrem καθαρμῶς canentem adiababat, ut perquam miseram fuisse parentum conditionem cognosci possit.

Itaque haec epistula cum ab Epicuro scripta non sit,

nulla est causa, cur non ipsi Diogeni attribuat; nam tantum abest, ut sermone scriptoris in antiquiora tempora revocemur, quod Cousin putat, ut valde recentis aetatis scriptorem esse videamus. cum autem tota inscriptio a viris doctis (Heb. et Kal. p. 442) propter scripturam et reliquorum fragmentorum sermonem exeunti secundo post Christum saeculo attribuat, cur non Diogenem ut cetera ita hanc quoque epistulam scripsisse credamus? haec tantum repeto, verbi ἀντιλαμβάνεσθαι substantivum ἀντίληψις inveniri apud Diogenem fr. IV col. II 7, formulam ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς redire fr. I col. II 14 (ὅσον ἔστ' ἐφ' ἡμεῖν), verbum rarissimum et valde recens θνητότης etiam fr. XXXV col. III 3 legi, denique cum structura fr. LXIII col. II 7 τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τῇ ὅτε ὑφειστήκεσαν apte comparari posse fr. XVIII col. III 2 ἵνα δὴ τὸ ἴσον γένηται τῷ κἂν παρῶν ὠμολόγεις.

Quae cum ita sint, etiam fr. LXV (Heb. et Kal. fr. 26) vix quisquam propter nomen Cari (col. III v. 8) antiquioris alicuius Epicuri sectatoris epistulam esse crediderit a Diogene prolatam (sic Heb. et Kal. p. 443), cum non unus Lucretius habuerit cognomen Cari. et cum col. III v. 2 legamus scriptorem Rhodi aliquamdiu versatum esse, monendum est, etiam Diogenem (col. II 10 fragmenti XV [Heb. et Kal. fr. 56]) ibi commoratum esse.

### Caput III.

#### De sermonis Diogeniani vulgaritate.

Diogenem neque ingenio neque doctrina praestitisse inde videri potest, quod Empedoclem Acragae cuiusdam filium facit, Heracliti de continuo omnium rerum fluxu et motu sententiam Aristoteli attribuit, ipsum quoque Epicurum magistrum non numquam falso intellegit. quod de rebus levibus atque minutis multa verba facit et idem bis vel ter dicere non veretur, ad ingeniolum eius optime qua-

drat. ut tamen integram Diogenis imaginem effingamus, sermonem quoque eius respicere ne omittamus, quoniam stilus est homo. atque Diogenem, quamvis Atticorum et Atticistarum more πράττειν pro πρῶσσειν dicat, tamen plebeium sermonem omnino exuere non potuisse facile cognoscitur. cum autem illis temporibus (exeunte saeculo secundo) doctrina eorum, qui Atticos scriptores sibi imitandos proponebant, talem iam vim nacta sit, ut nemo, si quidem scripta sua in multorum notitiam perferri vellet, vulgari sermone in scribendo uti posset, litteris quoque eum minus politum esse videmus, quam tum usus ferebat; id quod cum ignorantia eius optime congruit.

Quare operae pretium esse videtur de elocutione eius agere, et exponere quatenus vulgaris sermonis signa prae se ferat. qua in re primum monendum est, Atticistarum quoque scripta non plane carere plebei sermonis vestigiis, ut ex W. Schmidii libro *Atticismus* cognoscas, ubi apud unumquemque scriptorem vulgaria vocabula notata sunt. itaque quaecumque voces vel loquendi formae apud scriptores Atticos non usitatae Diogeni cum illis Atticistis communes sunt, tamen vulgares sunt habendae, si etiam in scriptis vulgari sermone compositis inveniuntur. idem de vocabulis „poeticis“ censendum est, de quibus conferantur quae disputat Thumb *Griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus* p. 216 sqq., imprimis p. 224. quaecumque enim voces „poeticae“ scriptorum recentiorum etiam in inscriptionibus, papyris, novo Testamento, aliis vulgaris sermonis testimoniis exstant, non orationis exornandae causa e poetis, sed e sermone vivo haustae sunt.

De Diogenis loquendi usu multa atque utilia composita sunt iam ab Heberdey et Kalinka *Bull. de corr. Hell.* XXI p. 427, ubi etiam tabulam invenis verborum, quae ob hanc vel aliam causam insignia sunt. nos nunc illa tantum tractamus, quae ad plebeium eius sermonem spectant. non tamen omnia, quae huc pertinent, nos tractare haud ignoramus neque quisquam mirabitur, cum ad illud negotium plene perficiendum multo amplioribus studiis

opus sit. illa elegimus, quae nobis maxime conspicua esse videbantur.

Progrediar ita, ut primum vocabula recentiora et vetusta quidem sed novam significationem adeptam, deinde vocabula poetica, tum ea, quae ad phoneticam, tum quae ad flexionem spectant, postremo structuras vulgares enumerem.

I. Vocabula recentiora sive vetusta sed nova significatione praedita.

ἀκήδεια sive ἀκηδία fr. XXIV col. III 9. ἀκήδεια habet Apollon. Rhod. III 298, ἀκηδία legitur in LXX, Cic. ad Att. 12, 44, apud Lucianum, alios recentiores. vetustissimus testis est Hippocrates π. ἀδινῶν p. 272, 39. fortasse Ionica vox est.

ἀκηρασία dubium est num recte suppleatur fr. XXXIX col. IV 5, *integritas*. legitur apud Apollin. Metaphr. Ps. 14, 3 et 17, 54, ubi significat *puritas*. sed ἀκήρατος etiam *integer* est et Hesychius notat ἀκηρεσία ἀφθαρσία.

ἄλυσ fr. XXIV col. III 10. primus habere videtur Zeno apud Clem. Alex. Paed. III 11, 74 (fr. 246 Arnim), saepius habet Plutarchus et idem Clem. Alex.

ἄν pro ἑάν semper dicitur. cfr. Schmid *Atticismus* IV p. 123 sqq. aliquoties in oratoribus Atticis et inscriptionibus Atticis inde a saec. V a. Chr., numquam in papyris Parisinis, fere numquam in NT invenitur, in posterioris tamen aetatis sermone plebeio rursus saepius usurpatur.

ἀπόφασις pro φάσις, φάσμα fr. VIII col. II 8 alibi non invenitur.

βαρέομαι pro βαρέως φέρειν, λυπεῖσθαι fr. LXIV col. III 9. cfr. Praef. p. XXVI. propter significationem hic enumeratur, sed cfr. etiam sub vocibus poeticis.

βάσις pro σκέλος, πούς fr. XXXIX col. III 6. semel legitur apud Platonem Tim. 92a, saepe apud Philonem

Judaeum et alios scriptores vulgaris sermonis, ut in NT Acta Apost. 3, 7.

διαβαίνειν εἰς τινα pro διήκειν (*pertinere ad aliquem*) fr. II col. V 9. cfr. ibi adnotationem.

ἐλαχιστιαῖος fr. II col. VI 12. de vocibus in -ιαῖος desinentibus, quarum tamen stirps vocalem ι non habet, cfr. Mayserum *Gramm. d. griech. Pap. d. Ptolemäerz.* p. 448, qui complura exempla vocabuli μηνιαῖος, quod semel iam ab Aeschilo adhibetur Suppl. 226, ex papyris collecta enumerat, et Schmidium l. c. IV p. 700, qui ex Luciano notat vocabula ἐπταμηνιαῖος, κολοσσιαῖος, κυαμιαῖος. hoc tamen verbum ἐλαχιστιαῖος e superlativo derivari etiam magis mirum est; quamquam considerari oportet posterioribus temporibus vocis ἐλάχιστος superlativi vim adeo evanuisse, ut ex ea comparativus et superlativus ἐλαχιστότερος, ἐλαχιστότατος derivaretur.

ἐξοφθάλμωσ fr. XXXVI col. II 13. apud Platonem, Xenophontem, Aristotelem ἐξόφθαλμος appellatur is, qui oculos prominentes habet. hanc tamen significationem *manifestus* non habet nisi apud Polybium 1, 10, 3 διὰ τὸ δοκεῖν ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν τῆς βοηθείας.

ἐπαίρειν ἑαυτὸν ἐπὶ τινί fr. LXIV col. I 8 habet significationem *erigendi ut bono animo sis de aliqua re*, θαρρεῖν ἕνεκά τινος. apud alios scriptores non invenitur et ἐπαίρεσθαι aliud significat.

ἐφιστάναι τινί fr. XXIV col. III 10 *animum convertere in aliquid*. ἐπιστῆσαι absolute dictum ex Aristotele saepe notat Bonitz, semel etiam cum dativo τινί Pseudarist. π. κόσμου 1 p. 391a 26. posterioribus temporibus non insolens est.

ἦδω fr. XXIX col. I 13. vox apud scriptores posterioris aetatis non inusitata, ut apud Musonium, Pseudoplat. Axiochum, Aelianum, Clem. Alex., alios, cf. W. Schmidium l. c. III p. 200. teste Polluce III 98 verbum ab Ioni- bus, imprimis ab Anacreonte usurpatum est.

θνητότης *mortalitas* fr. LXIII col. IV 4 et fr. XXXV col. III 3. cfr. Praef. p. XXVII.

κασωτός pro πιλητός vel πιλωτός fr. X col. I 12. ver-  
 bum alibi non exstat. in vulgari sermone adiectiva  
 huius generis valde usitata erant. Aristetas, ut exem-  
 pla proferam, haec vocabula usurpat: κρινωτός, κισ-  
 σωτός, γομφωτός, φολιδωτός, δικτυωτός, ραβδω-  
 τός, ρομβωτός (cfr. Wendlandii indicem), etsi verba  
 κρινώω, φολιδώω, ραβδώω, ρομβώω nobis quidem nota  
 non sunt. sic κασωτός quoque quasi a verbo κασώω  
 derivatur, cuius exempla quidem non habemus, quam-  
 quam exstare id verbum certo negari non potest, cum  
 etiam adiectivorum quae supra enumeravi κισσωτός,  
 γομφωτός, δικτυωτός certum sit extitisse verba, ex  
 quibus derivata sunt. nomen autem ipsum κάσος vel  
 κάσσοσ apud Hesychium explicatur ἱμάτιον παχὺ καὶ  
 τραχὺ περιβόλαιον, cfr. Wilcken *Ostraca* I p. 225 adn.,  
 qui has vestes ex pellibus ovilibus paratas fuisse de-  
 monstrat. cuius vocis exemplum nunc legitur in  
*Berliner Urkunden* III 759, 17: ἀφελόμενοί μοι . . . . .  
 καὶ ἱμάτιον καὶ κάσον καὶ ἀργυρίου δραχμὰς δώδεκα;  
 praeterea verbum compositum nunc novimus κασο-  
 ποιός vel κασσοποιός ex *Flinders Petrie Pap.* II, 32,  
 1, 10 (κασοποιός), Wilcken *Ostraca* 1081 sqq. (κασο-  
 ποιός et κασσοποιός), cfr. Mayserum l. c. p. 215; ac-  
 cedit *Oxyr. Pap.* II 389 κασοπ[οι...]. forma κασῆς  
 legitur in *Tebt. Pap.* I, 38, 22 (κασῆ καὶ μηλωταῖς)  
 et 181 (τύλη καινή, κασῆς, χαλκῆ χοῖνιξ), κᾶς in  
*Greek pap. of the Brit. Mus.* II p. 11, 5 (κᾶς ἐπίπ-  
 πιος). ex prioribus temporibus haec vox nota est ex  
 solo Xenophonte *Cyrop.* 8, 3, 6 (κασᾶς ἐφιππίους).  
 καταπονεῖν defatigare fr. I, 5 in papyris legitur cfr.  
 Mayserum l. c. p. 407 (*Greek pap. Brit. Mus.* I p. 232).  
 nota est vox etiam ex Menandro (Stob. flor. 29, 19),  
 Plutarcho, Polybio, Diodoro, NT, aliis, ex Atticistis  
 quoque Dion. Halic., Dione Chrys., Aeliano, cfr.  
 W. Schmidium l. c. I 160, 365; III 244.  
 κατατρέχειν τινα fr. XII col. I 3 translata significatione  
*insectari, reprehendere.* sic primus verbum usurpat

Plato leg. 806 e τὸν ξένον ἐάσομεν τὴν Σπάρτην ἡμῖν οὕτω καταδραμεῖν, ubi tamen propria verbi vis adhuc perlucescit. deinde Dionis Cassii nonnulla exempla notantur. cum genetivo construunt Athen. et Diog. Laert. cfr. W. Schmid l. c. II p. 219.

ὄχι pro οὐχί fr. VIII col. II 10. vulgaris est dipthongi mutatio. cfr. exempla, quae collegit Crönert *Memoria Graeca Herculanensis* p. 129: ὀδέ = οὐδέ Berl. Urk. I, 98, 21; ὀκ = οὐκ LXX (Exod. 7, 23, Hesai. 40, 16, Jerem. 12, 3; 22, 12); ὀχ = οὐχ Hesai. 58, 7 (cod. Sinait.); ὀκ εἰσήκουσεν cod. Pentateuchi Ambros. (s. V) fol. 36; ὀδέ pap. Henoch (s. VI) col. 13, 4 et ὀκ col. 14, 13. ὄχι hodie apud Graecos in responso dici *minime* dignum est quod notetur.

περαιιώω pro περαίνω fr. VIII col. I 6. legitur etiam *Berl. Urk.* I 33, 7: ἐγὼ γὰρ ἐμαυτὸν οὐκ ἔχω, εἰ μὴ περαιωθῆ τὸ πρᾶγμα τοῦτο, II 417, 26: οἶδα γάρ, ὅτι, ἐὰν θέλῃς, πάντα περαιωθήσεται. notantur praeterea Philo Judaeus de caritate § 1, Justinus Tryph. 68, 77, Irenaeus 1, 9, 5, Clemens Alex. p. 734, Leo Diac. Hist. p. 37, 19. cuius significationis exemplum ex vetustis scriptoribus unum notum est Xenoph. Hell. 2, 4, 39, ubi lectio tradita περαιωθέντων a Wyttenbachio mutata est in περανθέντων. Hesychius notat περαιωθῆναι· τελειωθῆναι.

πλήν i. q. ἀλλά fr. VIII col. II 11. cfr. Blass *Gramm. d. neutest. Griechisch* p. 262 et, ut e papyris quoque exemplum habeas, *Fayum Pap.* 20, 15 οὐδὲ γὰρ τοῦτο μοι σπουδαιότερον ἐξ ἀπάντων χρηματίζεσθαι, πλήν μᾶλλον φιλανθρωπία τε καὶ συνεργίας συναύξειν ταύτην τὴν ἀρχήν. inde a Polybio valde usitatum est. iam Demosthenis locus affertur (Kühner-Gerth *Gr. Gr.* II, 2 p. 285 adn. 5) vocis πλήν ante negationem usurpatae or. 56, 23 πλέουσα πανταχόσε πλήν οὐκ εἰς Ἀθήνας, quo exemplo manifesto docetur, quomodo propria vis *praeter in sed* declinare potuerit.

προσταγή fr. XI, 2. invenitur apud scriptores valde recentes. Moeris p. 207 Bekker: πρόσταξις Ἀττικοί, προσταγή Ἑλληνες.

προσφάτως *nuper* fr. LXIV col. III 4. cfr. p. XXVII. σύν cum dativo numquam adhibetur. de hac voce cfr.

Tycho Mommsen *Beitr. z. Lehre v. d. griech. Präpos.*, qui summa diligentia usum praepositionum σύν et μετά perscrutatus est. σύν vocem poeticam, quae etiam apud scriptores Ionicos Herodotum, Hippocratem, Arrianum (Ἰνδική), Aretaeum praeponderat, primus reprimat Euripides, perraro adhibent scriptores Attici atque Aristot., Theophr., Polyb., Diod., Strabo, Longinus, Philo Jud., Apoll. Dysc., Josephus, Plut., Dio Cass.; saepius adhibent, rarius tamen quam μετά c. gen. Artemid., Marc. Aur., Athen., Galenus, Lucianus. sunt qui utriusque praepositionis aequum fere numerum praebent. Atticistae autem in universum σύν anteponunt praepositioni μετά c. gen., cfr. etiam Schmid l. c. IV p. 625. in NT quoque apud Lucam, Paulum solos saepius invenitur, etsi aliis quoque non deest, cfr. Blass Gr. d. NT p. 128. Epicteti tria tantum exempla notat in indice Schenkl.

συνχρησθαί τινι *familiariter uti aliquo* fr. LXIV col. III 10. cfr. p. XXVIII.

σκέπω *tegere* fr. X col. I 7. invenitur apud Polybium, Epictet. fr. 23, 13 (ἀποσκέπω III 22, 65). praeterea notantur in Thesouro Aretaeus, Arrianus, Heliodorus Emesenus et ex Atticistis Lucianus, ad quem accedunt Dio Chrysost. et Aelianus (cfr. Schmid l. c. I 163, III 254).

σύρω pro ἔλκω fr. I, 7. exstat in LXX, NT (Joh. 21, 8 σύροντες τὸ δίκτυον), apud Strabonem, Plutarchum, Cassium Dionem, Herodianum, Lucianum, Philostratum secundum (cfr. Schmid l. c. IV p. 331), alios; etiam poetae Anthologiae primorum imperatorum aetate viventes vocabulum usurpant.

τρανώω fr. XXX col. II 3 et 5, fortasse etiam fr. XXI



col. I 9. primus habet secundum lexica Philo Judaeus, deinde Nicomachus arithm. isag. II 6, 2, Origenes, Gregorius Nazianzenus, Eustathius epigr. adesp. Anthologiae 445, alii.

τύφλωσις fr. LXX col. I 9. notantur testes vocabuli scholiastae et scriptores valde recentes. scriptor vulgaris sermonis Aristeas libenter utitur talibus vocibus in -ωσις desinentibus (θύμωσις, κόλπωσις, λίθωσις, πετάλωσις, ράβδωσις, cfr. Wendlandium p. 222).

## II. Vocabula „poetica“.

ἀβροδίαιτος fr. XXIII col. II 8. vocabulum ex Aeschyli Persis 41 notum usurpat praeter Philonem, Plutarchum, Athenaeum semel iam Thucydides.

ἀμαύρωσις fr. LXX col. I 7. de exitu -ωσις cfr. supra s. v. τύφλωσις. vox ipsa, quam habet iam Aristoteles de anima I 4, praeterea Plutarchus, Dioscorides, Galenus, in Graecorum poesi occurrere non videtur, sed adiectivum ἀμαυρός poetica vox est, quae apud Atticistas invenitur (cfr. Schmid l. c. IV p. 673), sed etiam in papyris (cfr. Mayser *Gramm. d. griech. Pap.* p. 25) et apud Plutarchum, ut eam iam in vulgarem sermonem receptam esse appareat. ante Aristotelem vocem ἀμαυρός habet rursus solus Xenophon (cfr. supra κάσος et περαιώω). ἀμαυρώω praeter Polybium, Plutarchum, Aristotelem, Xenophontem etiam ab Herodoto et Hippocrate adhibetur. fortasse per Iones ut pleraque κοινῆς propria ita haec vox „poetica“ divulgata est. quantum Iones ad copiam vocum „poeticarum“, qua posterioris aetatis sermo abundat, contulerint, docet Thumb *Griech. Sprache i. Zeitalter d. Hellenismus* p. 216 sqq.

ἄπλωτος fr. XXXIX col. I 12 num Attica vox sit pro vulgari ἄπλετος, quod Moeris testatur et Crönert *Mem. Herculan.* p. 102 confirmare studet, valde dubium est. habent enim vetusta aetate soli poetae, ut

- Pind., Soph., Eurip. (Xenoph. anab. 4, 11 solus cod. F ἄπλατος, ceteri meliores ἄπλετος), contra voce ἄπλετος utuntur praeter eosdem poetas Herod., Xenophon (l. c.), Plato, Aristot. recentiore autem aetate in scriptoribus pedestribus non solum ἄπλετος (Polyb., Dio Chrys., Aelianus, Lucianus) sed etiam ἄπλατος invenitur, cfr. Crönert l. c., qui ex LXX, papyris, Philodemo, Diodoro, schol. Apoll. Rhod. (3, 41 ἀπλατομεγέθεις), Porphyrio exempla affert, ad quae accedit exemplum recentissimum Eudocia Macremb. (222 ἀπλατομεγέθης). inde ne ἄπλατος quidem in Atticorum sermone fuisse videtur, sed in poetarum tantum usu viguisse, ἄπλετος autem Ionica vox fuisse, quae etiam in scriptorum non mere Atticorum orationem irreperet (Xenoph. l. c., Plato leg. 683a et fortasse 676c); quarum utraque postea in usum vulgarem transiit.
- ἄρτιος fr. LXXIV de mente integra, ut ἀρτίφρων, si recte suppletur ἀρτίους [φρένας]. cfr. Eurip. Troades 417 οὐ γὰρ ἀρτίας ἔχεις φρένας, Theogn. 154 ὄτῳ μὴ νόος ἄρτιος ἦ. legitur etiam apud recentem scriptorem pedestrem Cyrill. Alex. vol. 6, p. 2 d τοῖς ἀρτίοις τὴν φρένα.
- βαρέομαι fr. LXIV col. III 9. cfr. supra p. XXVI et p. XXXII. praeter poetas reperitur in LXX, NT, papyris. cfr. Luciani Pseudosoph. c. 7 „βαρεῖν“ δέ τινος εἰπόντος, οὐκ ἔστιν, ἔφη, τὸ „βαρύνειν“, ὡς νενόμικας. Atticistae vocem non habere videntur. hodierna quoque lingua Graeca βαρῶ sive βαράω dicitur.
- ἔρευνα fr. XVIII col. II 12. in Pseudoarist. Oecon. 2, 30 et scriptoribus recentibus occurrit et in papyris (cfr. Maysorum l. c. p. 28).
- ἐκθύμως fr. XV col. I 10. ‘Υπ’ ἐκθύμου φρενός legitur Aesch. Pers. 364, quod tamen quomodo explicandum sit, utrum *animo studioso* an *amens*, atque num omnino ita legendum sit, cum Mediceus exhibeat εὐθύμου, ambigitur. certe posteriore aetate, ut hic quoque, habet vim *animo studioso* qua vi est apud

Philonem, Dion. Hal., Plutarchum, Appianum, Lucianum, recentiores.

ὄχλειν fr. XXIX col. I 10 et 14. praeter Homerum et tragicos poetas exempla huius verbi ante Aristotelem nota sunt unum Herodoti, nonnulla Hippocratis. exstat etiam in LXX, NT, Oxyr. pap. II 169 col. II 4. rursus (cfr. supra s. v. ἀμαύρωσις) vox „poetica“ per Iones in vulgarem sermonem transmanasse videtur.

σκύλλω fr. I 4 *vexare*. cfr. Thumb l. c. p. 219. e traegodia sumptum est, invenitur in NT et papyris. testes vocabuli notantur praeter Matthaeum, Marcum, Lucam, Lucianum scriptores valde recentes. papyri praeter verbum σκύλλω (ut Fayum pap. 134, 2; Greek pap. Brit. Mus. p. 34, 21) praebent etiam σκυλμός (Oxyr. pap. I 125, 14 et 17; Tebt. pap. 41, 7; 48, 22) et ἄσκυλτος (Oxyr. pap. III 532, 14). e Dione Chrysost. unum exemplum notat Schmid l. c. I 153.

στρεπτός fr. X col. I 9. στρεπτός χιτῶν apud Homerum II. Ε 113 et Φ 31 quid sit ambigitur. sunt qui eum vestem textilem esse putant. quam vim Diogenem quoque voci στρεπτός attribueri apparet, quamquam neque στρεπτός neque στρέφειν usquam tali significatione exstare videtur. itaque vulgaremne vocem ille adhibuerit an ex ipso Homero sumpserit discerni non potest.

### III. Ad phoneticam spectat.

ὀστέοις fr. XXXIX col. II 9 (fr. X col. IV 11 quod suppletur βασιλέες non rectum esse videtur). formae non contractae in NT quoque occurrunt, cfr. Blass l. c. p. 25 (ut ὀστέα Luc. 24, 39, ὀστέων Matth. 23, 27, Hebr. 11, 22), et apud Plutarchum. Schmid l. c. IV p. 580 etiam ex Atticistis pauca huius vulgaris sermonis exempla affert. quae vero in vetustis scriptoribus pedestribus eiusmodi tradita sunt, mutanda esse censet Kühner-Blass *Gr. Gr.* I 1 p. 402.

IV. Ad flexionem spectant

κατηναγκασμένως fr. XXXIII col. II 11. talia ad-  
verbia ex participio derivata in vulgari sermone usitata  
sunt, ut in Aristeia (cfr. indicem Wendlandii p. 221)  
ἀπερριμένως, διηλλαγμένως, ἐπομένως, quamquam  
saepe etiam in Atticistarum orationem e vulgari sermone  
asciscuntur.

ἀντιτεθήκει forma fr. XII col. II 13 augmento carens.  
cfr. Blassium *Gr. d. NT* p. 37: augmentum syllabicum  
plusquamperfecti deesse solet in NT. saepe etiam  
apud Epictetum deest. ne ab Atticistis quidem hic  
vulgaris usus alienus est, cfr. Schmidium l. c. IV p. 591.  
nonnulla exempla apud ipsos Atticos scriptores inveni-  
untur, quae tollere vult Kühner-Blass *Gr. Gr.* I 2,  
p. 219.

V. Structurae vulgares.

1. παρ' ἑμαυτόν fr. II col. IV 1 πάντα [τὰ?] παρ'  
ἑμαυτόν ἔπραττον ἄν *omnia facerem, quae in mea po-  
testate essent.* ad hanc structuram conferas velim  
Epicteti diss. II 2, 20 εἰ γὰρ σταυρωθῆναι θέλεις,  
ἔκδεξαι καὶ ἦξει ὁ σταυρός· εἰ δ' ὑπακούσαι λόγος  
αἰρεῖ καὶ πείσαι τό γε παρ' αὐτόν (pro σεαυτόν) κτλ.  
Plutarchi Nic. et Crassi comp. p. 566e δοκῶν . . . τὸ  
παρ' αὐτόν ἀποστερεῖν Σικελίας τὴν πόλιν, idem  
de Stoic. comm. not. p. 1071a πάντα τὰ παρ' ἑαυ-  
τόν ποιεῖν ἕκαστον ἕνεκα τοῦ τυγχάνειν τῶν πρώ-  
των κατὰ φύσιν. quibus locis quid significant verba  
τὸ παρ' αὐτόν et τὰ παρ' ἑαυτόν perspicuum est,  
minus fortasse perspicuum, quomodo παρά cum ac-  
cusativo coniunctum hanc significationem nancitum sit.  
una tamen huius quaestionis solvendae via mihi pa-  
tere videtur. παρά cum acc., ut causa indicetur, qua  
aliquid fiat, notissima et usitatissima posterioribus  
quidem temporibus est structura; quae significatio ex

altera *secundum aliquid* orta esse videtur et iam apud Thucydidem semel, apud oratores Atticos aliquoties invenitur, cfr. Kühner-Gerth *Gr. Gr.* II 1 p. 513. sin autem in tali sententia qualis est Demosthenica illa (4, 11): οὐδὲ οὗτος παρὰ τὴν αὐτοῦ ῥώμην τοσοῦτον ἐπηύξεται ὅσον παρὰ τὴν ἡμετέραν ἀμέλειαν non actio sive natura hominis, per quam aliquid fit, sed homo ipse nominatur, oritur eiusmodi orationis forma: οὐδὲ οὗτος παρ' αὐτὸν τοσοῦτον ἐπηύξεται ὅσον παρ' ἡμᾶς. qua ratione praepositio illa adhibita est in Epicuri epistula tertia § 134 (Us. p. 65, 9): <ἃ μὲν γὰρ αὐτῶν κατ' ἀνάγκην γίνεσθαι νομίζει,> ἃ δὲ ἀπὸ τύχης, ἃ δὲ παρ' ἡμᾶς et in Aristeia § 224: καὶ οὐδεὶς παρ' ἑαυτὸν ἔστι βασιλεύς, quae proprie nobis *infolge von uns (sich), von uns (sich) aus* intellegenda sunt. tum formulae instar verba adhibebantur, ex crebro, puto, usu philosophorum, fortasse Epicureorum, qui illis verbis aliquid libera voluntate fieri significabant. Epicurus enim ipse verbis παρ' ἡμᾶς quasi formula utitur paulo post verba, quae modo citata sunt, διὰ τὸ τὴν μὲν ἀνάγκην ἀνυπεύθυνον εἶναι, τὴν δὲ τύχην ἄστατον ὄραν, τὸ δὲ παρ' ἡμᾶς ἀδέσποτον, et Plutarchus Quaest. conv. p. 722e dicit ἔχει δέ τι καὶ τὸ παρ' ἡμᾶς αἴτιον, *es hat auch das, was von uns aus geschieht, etwas Schuld daran.* quae formulae articulo praeeunte adverbii instar adhibentur locis illis quos initio citavi Epict. II 2, 20 Plut. ser. mor. 566e, 1071a, ubi verba παρ' αὐτὸν revera significant *was von mir aus geschehen kann*, quamquam prope accedunt ad similem formulam valde usitatam τὸ γ' ἐφ' ἡμῖν *soviel bei uns steht.* eadem ratione Plutarchi quoque verba de Stoic. comm. not. 1071a quae supra memorata sunt πάντα τὰ παρ' ἑαυτὸν ποιεῖν et Diogenis, quae huius digressionis causa fuerunt, intellegenda sunt. itaque quod legitur Plut. ser. mor. 222f: οὐ παρ' ἑνα τὰ Σπάρτας, si proprie vertis, non est

*in uno homine posita est salus Lacedaemonis, sed ex uno homine est, ex uno homine pendet. et 177e παρ' ἡμᾶς αὐτοῦς ἔστι καὶ τὸ καλῶς καὶ τὸ κακῶς ἀκούειν minime recte vertitur in nostra potestate est bene et male audire, cum παρά hic et paulo antea 177d (παρ' ἡμᾶς) manifesto propriam vim habeat secundum: Der gute und der schlechte Ruf richtet sich nach uns selber, nach unserm Verhalten.*

2. ὑφ' ἕνα καιρόν fr. XXXVIII col. I 13. ὑπὸ cum acc. non tempus significans, sub quod aliquid fit, i. e. sive eodem tempore sive paulo antea vel postea, sed certum temporis momentum, in vulgari usu sermonis est, cfr. Epict. III 22, 33 ἂν δ' αὐτοῦς οἱ Τρῶες μὴ ἀποκτείνωσιν, οὐ μὴ ἀποθάνωσιν; — ναί, ἀλλ' οὐχ ὑφ' ἕν πάντες, Philo de vit. Mosis c. 178 ἐκβοησάντων δ' ὑφ' ἕν, Aristeas cap. 178 ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντων εἰπόντων ὑπὸ μίαν φωνήν.
3. ἕως τινός fr. VIII col. I 6. adverbium ἕως cum genitivo in vulgari sermone praepositionis instar usurpatum perraro adhibetur apud Atticistas, cfr. Schmidium *Att.* IV 628, Krebs *Präpositionsadverbia in der späteren histor. Gräcität* 13 sqq. saepe in LXX et NT invenitur, cfr. Blass *Gr. d. NT* 124, rarius tamen apud Paulum, Jacobum, in epistula ad Hebraeos.
4. ἐγχειρεῖν τι fr. XII col. III 2. legitur in Plut. scr. mor. p. 239a et vit. Lys. cap. 24, p. 447c (accusativus pronominis neutr. gen.) et Plut. *Stromat.* c. 5 Παρμενίδης . . . τὴν ἐναντίαν ἐνεχείρησεν στάσιν.
5. ἐμβαίνειν τι fr. IV col. II 1. cfr. Schmidium l. c. IV p. 97: „Poetische, aber auch der κοινή nicht fremde Sitte, an Verba, meist solche, welche mit Präp. zusammengesetzt sind, Nomina ohne Präp. im reinen Casus anzuschließen.“ qui mos etiam apud Atticistas invenitur. hanc vocem ita constructam habes Polyb. 30, 2, 11 ἐνέβη τὸν λέμβον et Philostr. *Apoll. Tyan.* IV 34 ἐνέβη ναῦν.
6. λείπει μοί τι fr. LXIV col. II 6. cfr. p. XXVII.

7. Neutri generis numeri pluralis subiecto respondet verbi quoque numerus pluralis, siquidem recte suppletur fr. IX 9 et fr. XXXV col. I 6. usus Homericus et vulgaris, qui tamen non numquam etiam apud Thucydidem et Xenophontem invenitur. in NT singularis et pluralis numerus verbi inconstanter variant ut apud Homerum, cfr. Blass l. c. p. 77 sq.; sic et apud Aristeam. papyri quoque saepius pluralem habent, ut Pap. magica ed. Dieterich col. XII 2 ὀνόματά εἰσιν. apud Atticistas quoque pluralis invenitur (cfr. Schmidium l. c. IV p. 632), qui hodie a Graecis solus adhibetur.
8. Perfectum pro praesente fr. II col. V 9 διαβέβηκε, fr. XXVI col. I 14 πέπονθε, fr. XXXVIII col. III 9 ἀποδεδωκέναι, pro aoristo XXXIX col. II 7 ἐκπολιορκηθέντος . . . καὶ καταβεβηκότος. infinitivus perfecti pro infinitivo aoristi libenter ponitur etiam apud Atticistas post χρή et similia verba, cfr. Schmidium l. c. IV p. 617, sed scriptores vulgares etiam ultra hanc formulam perfecto abutuntur ut Aristeeas cap. 21 οὐκ ἄχρηστον οἶομαι κατακεχωρίσθαι, cap. 1 διὰ τὸ σέ περὶ πολλοῦ πεποιῆσθαι ὑπομιμνήσκειν, Greek pap. Brit. Mus. I p. 30 σέ δὲ μηδὲν τεθυμῆσθαι τοῦ παραγενέσθαι μηδ' ἐνβεβλοφέναι εἰς τὴν ἡμετέραν περίστασιν. Sed non solus infinitivus ita adhibetur, cfr. quae dicunt Blassius l. c. p. 195, Lehrsius *quaest. epicae* p. 276 *Pindarschol.* p. 47, Dielsius *Doxogr.* 256, imprimis Radermacher ad Demetr. de eloc. p. 85. exemplar eius luxuriae praebent Timothei Gazaei excerpta Constant. ed. Lambros (Suppl. Arist. ac. Bor. I 1 Ber. 1885).
9. Tempora miscentur fr. XXXIX col. II 3 et 8, fr. XXXV col. II 6 et 8. ex NT notat Blass l. c. Apocal. 5, 7 ἦλθε καὶ εἴληφε; 8, 5; 7, 14; 19, 3; Matth. 13, 46; Jak. 1, 24; saepius exstare videtur, ut Joh. 3, 32 ἑώρακε καὶ ἤκουσε. Aristeeas quoque dicit cap. 173 ἦσπασάμεθα . . . καὶ . . . ἀποδεδώκαμεν, cap. 40

διαλεξομένους σοι καὶ κομίζοντας, cap. 43 ἐκόμιζον . . . . οἱ καὶ μετέδωκαν; cfr. quae Radermacher l. c. notavit.

10. Aoristus gnomicus in sententia ponitur, quae ipsa non comparativa est sed cum comparatione aliqua cohaeret fr. XXXIX col. I 9 καὶ γὰρ εἰ μὴ τὸν ἀριθμὸν ἴσον ἔχει . . . , ἀλλ' οὖν γε . . . διέζωσεν οὕτως καὶ ἀντέδησε δεζμουμένη, ὡσπερ τῶν ὀπῶν ὁ βραχύτατος ἄπλατον γάλα. cfr. Blassium l. c. p. 189, qui affert Joh. 15, 6: ἐὰν μὴ τις μείνη ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ ἐξηράνθη. alterum aoristum gnomicum sed sine comparatione adiuncta fortasse habes in eodem fr. col. IV 2sq.
11. Coniunctivus deliberativus tertiae personae fr. XX col. II 9 et fr. XXIX col. I 3. qui usus etiam apud Atticos scriptores non omnino deest, cfr. Kühner-Gerth *Gr. Gr.* II 1 p. 221, saepius autem in sermone vulgari invenitur. ex Epicteti primo libro adnoto 9, 6; 13, 3; 15, 5; 17, 2 et 3; 18, 14 et 19. cfr. Blassium l. c. p. 205.
12. ἄν voce omissa in sententia relativa coniunctivus ponitur fr. IV col. I 12. cfr. quae ibi adnotantur. apud Atticistas numquam invenitur, cfr. Schmidium l. c. IV p. 621.
13. ἵνα coniunctionem etiam antecedente tempore praeterito semper coniunctivus sequitur. sic etiam in NT (cfr. Blassium l. c. p. 216), et apud Aristeam (cfr. Wendlandium p. 194) et plerumque apud Epictetum, cuius duo tantum exempla optativi in indice notat Schenkl. notum est modum optativum in sermone vulgari paulatim evanuisse.
14. ὥστε semper cum infinitivo struitur excepto XX col. II 11, ubi manifesto structura non ὑποτακτική est sed παρατακτική. usus vulgaris. in Aristeia semper, in NT plerumque ita struitur, cfr. Blassium l. c. p. 219.
15. ὡς (pro ὥστε) cum infinitivo struitur. sic etiam poetae tragici, Herodotus, Xenophon, cfr. Kühner-Gerth



*Gr. Gr.* II 2 p. 501 adn. Aristeas semel habet (c. 90), saepe Josephus, non numquam Epictetus; Atticistae quoque habent, de quibus cfr. Schmidium *Att.* IV p. 622, III p. 85, IV p. 87.

16. ὥστε omissio infinitivus solus consecutionem exprimit fr. XXIV col. II 14. ex exemplis Blassianis *Gr. d. NT* p. 219 huic simillimum est Actorum Apost. 5, 3 διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ νοσφίσασθαι κτλ.
17. καίτοι cum participio pro καίπερ fr. LXIV col. II 9. mos posterioribus temporibus usitatissimus (cfr. Blassium l. c. p. 242), qui tamen iam apud Simonidem et Lysiam semel occurrit, cfr. Kühner-Gerth *Gr. Gr.* II 2, 85. e vulgari sermone etiam in Atticistas irrepsit, cfr. Schmidium l. c. IV p. 620.
18. μή negatio pro οὐ in sententiis relativis, etiam post ὅτι vulgaris sermonis usus est, quem tamen etiam Atticistae non omnino ignorant, cfr. Schmidium l. c. IV p. 623. iam apud vetustos scriptores huius generis pauca exempla exstant, cfr. Kühner-Gerth *Gr. Gr.* II 2 p. 188.
19. οὖν non numquam a sententiae initio longius remotum est, fr. XXIII col. I 8 et fr. XXXIII col. I 14 tertio loco, fr. II col. I 14 quarto. cfr. Aristeas c. 11 τί τὸ κωλύον οὖν, εἶπεν, ἐστίν et quae exempla ex Epicteto in indice notat Schenkl, in quibus οὖν tertium, quartum, immo bis quintum locum tenet fr. 28, 1 οὐ περὶ τοῦ τυχόντος οὖν, IV 1, 125 διὰ τί ἐπὶ μόμου οὖν τοῦ ἀνθρώπου κτλ.
20. Adverbium, quo adiectivum accuratius definitur, huic postronitur fr. VII col. I 12 (λεπτὴν δ' ἄκρως), fr. VIII col. IV 2 (λεπτὸν ἄκρως), fr. XXXVIII col. I 4 μεικρῶ πάνυ). in *NT* plerumque fit, cfr. Blass l. c. p. 283.
21. τίς pronomen indefinitum cum genetivo partitivo sequente fr. III col. II 1 (τινὲς τῶν φιλοσόφων), fr. XXIII

col. I 9 (ἵνα οὖν τι τῶν εἰρημένων). apud Epictetum quoque hoc pronomen saepius cum genitivo partitivo sequente quam praecedente adhibetur, cfr. indicem Schenkeli.

22. Sententia tota articulo praeposito nominis instar adhibetur fr. XVIII col. III 3 ἵνα δὴ τὸ ἴσον γένηται τῷ κἂν παρὼν ὁμολόγεις. sententia enim, quae e contextu soluta sic diceretur εἰ παρήσθα sive παρὼν αὐτὸς ὁμολόγεις ἄν, anteposito articulo additoque verbo καί ut saepe in sententiis correlativis, cum voce ἴσον coniungitur, tamquam si dicatur ἵνα δὴ τὸ ἴσον γένηται τῷ γενομένῳ ἄν, εἰ παρήσθα.
-

DIOGENIS OENOANDENSIS  
FRAGMENTA

### Notis usus sum hisce:

- C = Cousin  
U = Usener  
HK = Heberdey et Kalinka  
D = descriptio quam praebet Cousin Bull. de Corr.  
tom. XVI p. 1—32  
F = descriptio quam praebent Heberdey et Kalinka Bull.  
de Corr. tom. XXI p. 356—426.  
α α α litterae mutilae sed non dubiae  
α α α litterae incertae.
-

## A. DIOGENIS DE NATURA RERUM LIBER.

fr. I = HK 59, C 5, U 14.

- col. I τ]ῆ ψ[υ]χ[ῆ] . . . . . ρους  
 ἐπιφέροντος καὶ δι-  
 καίας, ὅτι μὴ δεόν-  
 τως ὑπ' αὐτῆς σκύλλε-  
 5 ται καὶ καταπονεῖται  
 καὶ εἰς οὐκ ἀναγκαῖα  
 σύρεται πράγματα·  
 τὰ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτοῦ  
 ζητούμενα μεικρὰ εἶ-  
 10 ναι καὶ εὐπόριστα, ὧν  
 δύναται καὶ ἡ ψυχὴ  
 συναπολαύουσα  
 καλῶς διάγειν, τὰ δ' ὑ-  
 πὸ τῆς ψυχῆς μεγάλα τε  
 col. II καὶ δυσπόριστα, πρὸς δὲ  
 τῷ μηδὲν ὠφελεῖν τὴν  
 φύσιν καὶ κινδύνους  
 ἐπιφέροντα, — τούτους  
 5 οὖν ὁρῶν (πάλιν γὰρ ἐπα-  
 ναλήμψομαι) διακει-  
 μένους οὕτως, κατω-  
 λοφυράμην μὲν αὐτῶν  
 τὸν βίον καὶ ἐπεδάκρυ-  
 10 σα τῇ τῶν χρόνων ἀ-  
 πωλεία, χρηστοῦ δέ

fr. I col. I v. 1 τ]ῆ ψ[υ]χῆ [καὶ διαφό]ρους suppl. HK.  
 v. 12 συναπολαυ in rasura.

τινος ἡγησάμην ἀν-  
 δρός, ὅσον ἔστ' ἐφ' ἡμείν  
 τοῖς εὐσυνκρίτοις αὐ-  
 col. III τ[ῶν] . . . . .  
 ο . ι ν[ . . . . . αἰτία  
 τῆς γρα[φῆς αὐτῆ ἐσ-  
 τίν. τὸ[ν μὲν γὰρ φό-  
 5 βον ἐκ θ[ανάτου δείξω ἐν  
 τῷ παν[τὶ βίῳ πλείστους  
 ἡμῶν κα[τέχειν, τὸ δὲ ποη-  
 τικὸν τῆ[ς ἀληθῶς εὐθυ-  
 μίας χαρᾶ[ς τε οὐ τὰ θέα-  
 10 τρα καὶ μ[ . . . . . καὶ  
 βαλανεῖα [εἶναι . . . .  
 καὶ ἀλείμ[ματα — ταῦ-  
 τα λελοίπ[αμεν τοῖς  
 πλήθεσιν ο . . . . .

fr. II = HK 57/58, C 3, U 15.

[οὐχ ἥκιστα δέ, ἵνα ἐλέγχω τοὺς διαβάλλειν τὴν φιλοσοφί-

col. I, [αν πειρωμέν]ους, ὅτι  
 2 οὐδὲν συμ]φέρει[ιν αὐ-  
 τη δύνατ]αι, οὕτω[ς ἐ-  
 πο[ίησα]. καὶ οὐ πο[λει-

col. III v. 1 sqq. τ[ῶν παντὶ σθένει βοη]θ[ε]ιν. [πρόβλημα  
 δέ] τῆς γρα[φῆς τοῦτό ἐστιν· τὸ [Ζῆν ἀθόρυ]βον ἐκ . . . . .  
 suppl. HK. v. 3—8 suppleni. v. 6 7 Gomperz ita: [τὸ δὲ]  
 ἡμῶν κα[τασκευασ]τικὸν. v. 8 sqq. τῆ[ς μετ' εὐθυ]μίας χαρᾶ[ς  
 οὐ τὰ θέα]τρα καὶ μ[ουσεῖα καὶ] βαλανεῖα [καὶ suppl. HK.  
 χαρᾶ[ς τε scripsi. v. 12—14 ἀλείμ]ματα suppl. HK, ταῦ]τα  
 λελοίπ[αμεν suppleni. ἀλείμ]ματα ἃ κα]ταλελοίπ[ασι τοῖς] πλή-  
 θεσιν [οἱ πλούσιοι HK.

fr. II col. I v. 1—4 suppleni; HK ita: γν]οὺς ὅτι [πολλὰ  
 συμ]φέρει[ιν κἀγὼ δύναμ]αι οὕτω π[οιῶν]. v. 3 οὕτω [τῆ]  
 πό[λει] U. v. 4 eodem modo interpuncti atque C. ante καὶ  
 comma, v. 7 ante δεικνύειν punctum, v. 13 ante καὶ comma  
 ponunt U et HK.

- 5 τευόμενος διὰ τῆ[ς  
 γ]ραφῆς καθάπερ πα-  
 ρῶν λέγω ταῦτα, δε[ι-  
 κ]νύειν δὲ πειρώμε-  
 γος, ὡς τὸ τῆ φύσει
- 10 συμφέρον, ὅπερ ἐσ-  
 τὴν ἀταραξία, καὶ ἐνὶ  
 καὶ πᾶσι τὸ αὐτὸ ἐσ-  
 τιν. καὶ τὴν δευτέ-  
 ραν οὖν ἀποδοῦς αἰ-
- col. II τί]αν τοῦ συνγράμ-  
 μ]ατος, τὸ κατεσπου-  
 δασμένον ἡμῶν [νῦ]ν  
 προστίθημι, ὁποῖόν
- 5 ἐστὶν καὶ τίν' ἔχει φύ-  
 σιν].  
 ἐπὶ δυ]σμαῖς γὰρ ἤδη  
 τοῦ β]ίου καθεστη-  
 κότε]ς διὰ τὸ γῆρας
- 10 καὶ ὄ]σον οὔπω μέλ-  
 λοντ]ες ἀναλύειν  
 ἐκ τ]οῦ ζῆν μετὰ  
 καλο]ῦ παι[άνος πε-  
 ρὶ τοῦ] τῶν [ὄλων ἡδέ-
- col. III ων πληρώματος ἡ-  
 θελήσαμεν, ἵνα μὴ  
 προλημφθῶμεν, βο-  
 ηθεῖν ἤδη τοῖς εὐ-

col. I v. 10 συμφέρον, fortasse ευμφέρον, cfr. Praef. cap. I.

col. II v. 3 νῦν seu ἤδη supplendum est. ΚΑΝ F, unde κᾶν editores, πᾶν Sudhaus. ἤδη pro „nunc“ cfr. fr. XXV col. 1, 6 et huius fragm. col. III, 4. ν pro η saepius scriptum est (fr. VIII col. I, 7=HK 45, et huius fragm. col. VI, 14=HK 58 col. V, 14). v. 5 φύ[σιν] suppl. HK. v. 6 versus qui desideratur in F plus vix continuisse videtur (sic HK); [Υ(ΩΝ)]CYN[A] notatur in D. v. 7—12 suppl. HK. v. 12/13 ante me iam suppl. Diels. v. 13/14 exempli causa supplēvi.

- 5 συνκρίτοις. εἰ μὲν  
 οὖν εἰς μόνον ἢ δὴ ἢ  
 τρεῖς ἢ τέτταρες ἢ  
 πέντε ἢ ἕξ ἢ ὄσους,  
 ἄνθρωπε, βούλει τῶν  
 10 τοσοῦτων εἶναι πλείο-  
 νας, μὴ πάνυ δὲ πολ-  
 λούς, διέκειντο κα-  
 κῶς, κὰν καθ' ἕ[να ἐκ-  
 κ]αλούμενος [πάν-  
 col. IV τα παρ' ἑμαυτὸν ἔπρατ-  
 τον εἰς συμβουλίαν  
 τὴν ἀρίστην. ἐπεὶ δέ,  
 ὡς προεῖπα, οἱ πλείστ[ο]ι  
 5 καθάπερ ἐν λοιμῷ  
 τῇ περὶ τῶν πραγμάτων  
 ψευδοδοξία νοσοῦ-  
 σι κοινῶς, γείνονται δὲ  
 καὶ πλείονες — διὰ γὰρ  
 10 τὸν ἀλλήλων ζῆλον  
 ἄλλος ἕξ ἄλλου λαμ-  
 βάνει τὴν νόσον, ὡς  
 τ]ὰ πρόβατα —, δίκαιο[ν  
 δ' ἐστὶ καὶ] τοῖς μεθ' ἡ-  
 col. V μᾶς ἐσομένοις βοη-  
 θῆσαι — κάκεινοι γὰρ  
 εἰσιν ἡμέτεροι καὶ εἰ  
 [μὴ] γεγονάσι πῶ —, πρὸς  
 5 δὲ δὴ φιλόανθρωπον  
 καὶ τοῖς παραγεινομέ-

col. III v. 13 καθ' ἕ[να ἐκ-] ex parvis litterarum reliquiis  
 restituerunt HK, καθ' ἕ[ν ἐκ] U. v. 14 [πάν]τα suppl. HK,  
 πρὸς τὰ παρ' ἑμ. U. fortasse [πάντα] τὰ scribendum est.

col. IV v. 4 πλείστοι suppl. HK. v. 13 sq. suppleni.  
 δίκαιο[ν ἡγοῦμαι] τοῖς suppl. U, δίκαιο[ι ἐσμεν καὶ] τοῖς HK.

col. V v. 4 Ν^! F N[ΑΙ] D, corr. U.



νοις ἐπικουρεῖν ξέ-  
 νοις, — ἐπειδὴ οὖν εἰς  
 πλείονας διαβέβη-  
 10 κε τὰ βοηθήματα  
 τοῦ συγγράμματος,  
 ἠθέλησα τῇ στοᾷ ταύ-  
 τη καταχρησάμενος  
 ἐ]ν κοινῶ τὰ τῆς σωτη-  
 col. VI ρίας προθε[ῖναι φάρμα-  
 κα. ὦν δὴ φα[ῖ]με[ν ἐνὶ ἔ-  
 πει γ' ἂν ἡμε[ῖ]ς π[άντα τὰ  
 εἶδη φανέν[τα. τοὺς  
 5 γὰρ ματαίως κατ[έχον-  
 τας ἡμᾶς φόβους ἀ-  
 πελυσάμεθα, τῶν [τ]ε  
 λυπῶν τὰς μέν γέ [πω]ς  
 ἐξεκόψαμεν εἰς τέ-  
 10 λειὸν, τὰς δὲ φυσικὰς  
 εἰς μεικρὸν κομιδῇ  
 συνεστείλαμεν, ἐλα-  
 χιστιαῖον αὐτῶν τ[ὸ  
 μέγεθος πο[ή]σ[αντες, . . . . .

fr. III = HK 40.

col. I litterae nonnullae servatae sunt: v. 2 θη,  
 v. 7 ουν, v. 8 ἡμῖν, v. 9 υπρω, v. 10 και.

col. II τινὲς τῶν φιλο[σόφων  
 καὶ μάλιστα οἱ περὶ Σω-  
 κράτην, τὸ δ[ὲ] φυσιο-  
 λογεῖν καὶ τὰ [μετέω-

col. VI v. 1. ΠΡΟΘΕΙ. F: προθε[ῖναι φάρμα]κα HK,  
 προθέ[σθαι τελι]κά U. v. 2—5 suppl. HK. v. 6, 7 φόβους  
 [ἀ]πελ. suppl. HK, φόβους [δλωσ? ἀ]πελ. U, ΟΥC ≡ F sequente  
 spatio. v. 7 τε scripsi, ΓΕ F. v. 8 γέ [πω]ς scripsi,  
 ΓΕ. . 'c F, unde [κ]ε[νά]ς HK. v. 14 suppl. HK, ΠΟΝC  
 . . . . F.

5 ρα πολυπραγμ[ονεῖν  
 περιττόν φασ[ιν εἶναι  
 καὶ . . . . .  
 δ' ἀξιοῦσιν τ . . . . .  
 των ἐπι . . . . .

10 τι  
 desunt quattuor versus.

fr. IV = HK 41, C 6, U 17.

col. I . . . . . ἄ]ντικρυς οὐ  
 . . . . . ι φυσιολογίαν  
 . . . . . γ αἰσχυνό-  
 μενοι τοῦθ'] ὁμολογή-  
 5 σαι, ἐτ]έρω δέ τι ἐγβο-  
 λ]ῆς χρώνται σχήματι.  
 ὅταν γὰρ ἀκατάληπτα  
 φάσκωσιν εἶναι τὰ πρά-  
 γματα, τί ἄλλο φασίν, ἢ ὀ-  
 10 τι μὴ δεῖ φυσιολογεῖν ἡ-  
 μάς; τίς γὰρ αἰρήσεται  
 ζητεῖν, ἃ μήποθ' εὕρη;  
 Ἄριστοτέλης οὖν καὶ  
 οἱ τὸν αὐτὸν Ἄρισ-  
 col. II το[τ]έλει ἐμβαίνον-  
 τες περίπατον οὐδὲν  
 ἐπιστητόν φασιν εἶναι·  
 ρεῖν γὰρ αἰεὶ τὰ πράγμα-  
 5 τα καὶ δι' ὀξύτητα

fr. III col. II suppl. HK, etiam v. 9/10 οὐ[δ' ἀξιοῦσιν τ[ῶν  
 τοιού]των ἐπι[μελεῖσθαι].

fr. IV col. I v. 1 sqq. U. ita supplet: εἰπεῖν μὲν ἄ]ντικρυς  
 οὐ [τολμῶσιν μὴ] φυσιολογίαν [δεῖν πράττει]ν αἰσχυνό [μενοι τοῦθ']  
 ὁμολογή[σαι, ἐτέ]ρω κτλ.; HK v. 1 et 2 ut U, deinde τολμῶσιν  
 ὅτ[ι φυσιολογίαν [μὴ δεῖ ἀσκει]ν αἰσχυνό[μενοι [τοῦθ'] ὁμολ. κτλ.

col. II v. 1 ΤΟ . . . ΕΛΕΙΣΙΝΙΛΙΠΠΟΝ Ε, unde supplevi; μετα-  
 βαίνοντες Gomperz. Ἄριστοτελεικόν. λέγ[ον]τες suppl. C, Ἄριστο-  
 τέλει [μεθο]δεύοντες U.

τῆς ρεύσεως τὴν ἡμε-  
 τέραν ἐκφεύγειν ἀντί-  
 λημψιν. ἡμεῖς δὲ τὴν  
 μὲν ρεῦσιν αὐτὴν ὁμο-  
 10 λογοῦμεν, οὐ μέντοι  
 καὶ τὸ οὕτως ὀξεῖαν  
 αὐτὴν ὑπάρχειν, ὥστε  
 μηδενὶ χρόνῳ τὴν ἐ-  
 κάστου φύσιν καταλημ-  
 col. III πτὴν αἰσθήσ[ει εἶναι.  
 καὶ γὰρ οὐδ' ἄ[ν ἐκείνο  
 εἴσχυσαν εἰπ[εῖν τῇ  
 δόξῃ τῆδε [χρώμενοι,  
 5 τὸ δὴ οἶον φέ[ρουσι, ποτὲ  
 μὲν εἶναι τόδε [λευκὸν  
 καὶ τόδε μέλα[ν, ποτὲ  
 δὲ οὔτε τοῦτ[ο λευκὸν οὔ-  
 τ' ἐκείνο μέλ[αν, εἰ μὴ πρό-  
 10 τερον ἤδεισα[ν τὴν λευ-  
 κοῦ τε καὶ μέλ[ανος φύ-  
 σιν. καὶ τοῖς ε . . . . .  
 δε λεγομένοις . . . . .  
 ὡν δὴλα κυλ . . . . .

fr. V = HK 42, C 7, U 18.

col. I . . . . . λ  
 . . . . . ο  
 . . ἄ δὲ πραγμάτων]ν στοι-

col. III v. 1 αἰσθήσει εἶναι suppl. U, αἰσθήσεσι εἶναι HK.  
 v. 2—4, 9 suppleni; v. 2 οὐδαμῶς U; v. 5—8, 10, 11 suppl. HK.  
 v. 2—14 HK ita suppleant: καὶ γὰρ οὐδ' α[ὐτοί ποτε] εἴσχυσαν  
 εἰπ[εῖν τι τῇ] δόξῃ τῆ[δε σύμφωνον]. τὸ δὴ, οἶον φέ[ρουσι,  
 ποτὲ] μὲν εἶναι τόδ[ε λευκὸν] καὶ τόδε μέλα[ν, ποτὲ] δὲ οὔτε  
 τοῦτ[ο λευκὸν οὔ]τ' ἐκείνο μέλ[αν, εἰ καὶ πρό]τερον ἤδεισα[ν τὴν  
 λευ]κοῦ τε καὶ μέλ[ανος φύ]σιν, καὶ τοῖς ἐ[τέρωθι ὡ]δε λεγο-  
 μένοις [ὑπὸ τοί]ων δὴλα κυλίσσθαι, τοῦτο . . . . .

fr. V col. I v. 3 Νεῖτοl F, suppleni; ἄ δὲ] στοι[χεῖα προ]σα-  
 γορ[εῦεται suppl. HK.

χεία προ]σαγορ[ε]ύεται ἐξ ἀρ-  
 5 χῆς μ]έν ὑφεςτηκότα  
 καὶ ὄν]τα ἄφθαρτα, γεννῶν-  
 τα δὲ] τὰ πράγματα, τίνα  
 ἐστί]ν, παραθήσομεν προ-  
 διαλ]υσάμενοι τὰς ἐτέ-  
 10 ρων] δόξας. Ἡράκλειτος  
 μὲν] οὖν ὁ Ἐφέσιος πῦρ εἶ-  
 ναι σ]τοιχεῖον εἶπεν, Θα-  
 λῆς δ]ἔ ὁ Μειλήσιος ὕδωρ,  
 Διογένης δὲ ὁ] Ἀπολλω-

col. II νιάτης καὶ Ἀναξιμένης  
 ἀέρα, Ἐμπεδοκλῆς δ' ὁ Ἀ-  
 κράτου [κ]αὶ πῦρ καὶ ἀέρα  
 καὶ ὕδωρ καὶ γῆν, Ἀνα-  
 5 ξαγόρας δ' ὁ Κλαζομένιος  
 τὰς ὁμοιομερείας ἐκάσ-  
 του πράγματος, οἱ δ' ἀπὸ  
 τῆς στοᾶς ὕλην καὶ θε-  
 ὄν. Δημόκριτος δὲ ὁ Ἀ-  
 10 βδηρείτης εἶπε μὲν ἀτό-  
 μους φύσεις καλῶς γε ποι-  
 ῶν, ἐπεὶ δὲ περὶ αὐτῶν  
 ἐσφάλῃ τινά, ἐν ταῖς ἡμε-  
 τέραις δόξαις ἐπισκε-

col. III φθήσεται. νυνεὶ δ[ὴ] τοῖς  
 εἰρημένοις ἀνδρά[σιν ἐν-  
 καλέσομεν, οὐ φιλο[νεί-  
 κω πρὸς αὐτοὺς πά[θει  
 5 χρώμενοι, τὴν δ' ἀλ[ήθει-  
 αν σωθῆναι θέλο[ντες,

col. I v. 4—9 suppl. HK. v. 8 προ[γευ]σάμενοι Gomperz.  
 v. 10—12 suppl. U. v. 13 Θα[λῆ]ς suppl. U, Θα[λῆς δ]ἔ HK.  
 v. 14 ἄφθαρτα ἄΠΟΛΛΩ F, suppl. HK. Διογένης ὁ U.  
 col. III 1—6 suppl. U; v. 1 Δι F, δὲ suppl. HK.

καὶ Ἡρακλείτῳ πρῶ[τον,  
 ἐπεὶ καὶ πρῶτος ἡμ[εῖν τέ-  
 τακται. κακῶς, Ἡρά[κλει-  
 10 τε, πῦρ εἶναι στοιχει[ον λέ-  
 γεις. οὔτε γὰρ ἄφθαρτόν  
 ἐστίν, ἐπεὶ φθειρόμ[ενον  
 ὀρώμεν αὐτό, οὔτε δύ[να-  
 ται γεννᾶν τὰ πράγμ[ατα

fr. VI = HK 43, C 8, U 19.

col. I .. τοιο[ῖσδε [προ]σω-  
 τέρῳ τὴν π]ρό[β]ασιν  
 ..... ἐνα πρὸς  
 ..... ς τοῦτο τοῦ  
 5 ..... ἐ]στι μὴδὲν  
 ἐπεὶ? τ]ὸ κενὸν  
 οὐ δύνατα]ι παθεῖν, ἔ-  
 δει οὐκ ἐπ]ιμέ[ν]ειν καὶ  
 εἰς τὸ] ἄπειρον προ-  
 10 βαίνειν] τῷ μὴδὲν  
 κωλύειν .. ]ος ἐποικο  
 ..... ωτο, μὴδὲ ὑ-  
 πολαβεῖν ὅτι] οὔτος προ-  
 σωτέρῳ χωρ]εῖν οὐ δύ-

col. II νатаι τοῦ τελευταίου,  
 ὅτι οἶδεν αὐτό. ἐσφά-  
 λη δ' ἀναξίως ἑαυτοῦ  
 καὶ Δημόκριτος τὰς  
 5 ἀτόμους μόνας κατ' ἀ-  
 λήθειαν εἰπὼν ὑπάρχειν  
 ἐν τοῖς οὔσι, τὰ δὲ λοιπὰ  
 ν]ομιστεῖ ἅπαντα. κατὰ

col. III v. 7—13 suppl. C. v. 14 suppl. HK.  
 fr. VI col. I nonnulla supplementi; v. 8 ΗΜΕΛCΙNKAI F  
 col. II v. 8 [T]OM D, .OM F.

γὰρ τὸν σὸν λόγον, ᾧ Δη-  
 10 μόκριτε, οὐχ ὅπως τὸ ἀ-  
 ληθές εὐρεῖν, ἀλλ' οὐδὲ  
 ζῆν δυνησόμεθα, μή-  
 τε τὸ πῦρ φυλαττόμε-  
 νοι [μήτε τ]ῆν σφαγὴν  
 col. III μή[τε . . . . .

Tertiae columnae versuum  
 initia tantum exstant v. 2 μι, v. 3 τω, v. 4 ἀπ, v. 5 νυν,  
 v. 6 ημε, v. 7 τασ, v. 8 vacat, v. 9 νο, v. 10 γω,  
 v. 11 τεκ, v. 12 τιτι, v. 13 την, v. 14 ἐπι.

fr. VII = HK 52, U 26, C 15A.

col. I τομ[έν]ων ὁρ . . . . .  
 . κ . εντο τ . . . . . ασ[ι  
 καθευδο . . . . . ναυ . .  
 κενὰ μὲν οὖν [σ]κια-  
 5 γραφήματα τῆς δια-  
 νοίας οὐκ ἔστι τὰ φάσ-  
 ματα, ὡς ἀξιούσιν οἱ  
 Στωικοί· καὶ γὰρ εἰ μὲν οὐ-  
 τως αὐτὰ λέγουσιν  
 10 κενά, ὡς ἔχοντα μὲν  
 σωματικὴν φύσιν, λε-  
 πτήν δὲ ἄκρως καὶ οὐ-  
 χ ὑπόπτωτον ταῖς αἰσ-  
 θήσεσι, τῇ ἐρμηνεία

col. II κέχρ]ηνται κακῇ· σ[ύμα-  
 τα γ[ὰρ] τὰ εἰδω[λο]π[ο]ϊκὰ δ[εἰ]  
 καλείσ]θαι καὶ λεπτὰ ὄντα.

col. II v. 9—13 integri servati sunt in D. v. 14 suppl. C.  
 fr. VII col. I v. 2 το [παντάπ]ασ[ι HK. v. 3 καθευδό[ντω]ν  
 αὐ]τῶν U, καθευδο[υσι] ἐ]ν αὐ[τῇ] HK.

col. II v. 1 κέχρ]ηνται suppl. HK; cetera v. 1—3 supplevi;  
 HK ita suppl: [ἐπει] [ἔδει αὐ]τὰ [εἰ]δο[ποητ]ικὰ λ[έ]γεσ[θαι].  
 v. 2 . . . Λ . ΤΑclΔC . . . ηΚΑΛ .

εἰ δὲ οὕτω κενά, ὡς οὐ-  
 5 δ' ὅλως ἔχοντα σωμα-  
 τικὴν φύσιν, ὃ δὴ κα[ι  
 μ[ᾶλ]λον βούλονται,  
 λέγ[ό]ντων] τὸ πρῶτον,  
 πῶς οἷόν τε τὸ κενὸν  
 10 ἀναζωγραφε[ῖ]σθαι,  
 εἰ οὐδ' ἔστιν; λεπτ[ῆ]ν  
 μὲν ἔχει τὰ δὴ φάσμα-  
 τα [τ]ῆν σύγκρισιν καὶ  
 ἐκπεφευγῖαν τῆς ὄψε  
 col. III ως] σ . . . . .  
 γοι μὲν . . . . .  
 περ[ι]γείν . . . . .  
 καταρμοι . . . . .  
 5 χρήματα ι . . . . .  
 κειν. μο . . . . .  
 νον σ . . . . .  
 πο[ι]εῖν γο . . . . .  
 θας πολλ . . . . .  
 10 πληγῆς . . θε . . . . .  
 . . . ηγ . λ . ρ . . . . .  
 σεισθα[ι] τίνος . . . . .  
 μεθα ἐκ τοῦ σ . . . . .  
 ἐν οὖν οὐσια . . . . .

fr. VIII = HK 45, C 9, U 21.

col. I ναι φέρουσ[ι] . . . . .  
 αὐτήν. ἅπ[α]ντες μὲν οὖν

col. II v. 7 suppl. HK. v. 8 λεγ[ό]ντων] suppl. Diels; HK scribunt ὃ δὴ καὶ μᾶλλον βούλονται λέγ[ειν ἢ] τὸ πρῶτον, sed proronunt etiam ὃ δὴ καὶ μ[ᾶλ]λον βούλονται, λέγ[ειν δε]ῖ τὸ πρῶτον, πῶς κτλ. v. 8 post πρῶτον Λ notatur in F.

fr. VIII col. I v. 1. U. proronit ἐκεῖναι φέρουσιν. οὐ γὰρ τήν] αὐτήν ἅπαντες [κ]ε[ι]νοῦνται σφαίραν; HK ναι φέρουσι[ν, οὐδὲ κατὰ τήν] αὐτήν ἅπαντες [δ]ε[ι]νοῦν[ται ιδέ]αν. v. 2 ΑΠ. ΝΤΕϞ. ΕΝΟΥΝ F.

. . . . . αν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐ-  
 τ]ῶν ἀλλήλοισι συναντῶ-  
 5 σ]ιν, οἱ δ' οὐ, καὶ οἱ μὲν τὸν ὀρ-  
 θὸν ἕως τινὸς περαιου-  
 σι[ν] δρόμον, λοξὸν δ' ἕτε-  
 ροι, ὡσπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σε-  
 λήνη, οἱ δὲ τὸν αὐτοῦ κύ-  
 10 κλον στρέφονται, καθά-  
 περ ἡ ἄρκτος, ἔτι δ' οἱ μὲν  
 ὑψηλὴν ζώνην φέρον-  
 ται, οἱ δ' αὖ ταπεινήν, καὶ  
 γὰρ τοῦτ' ἀγνοοῦσιν οἱ πολ-  
 col. II λοί. τὸν γ]οῦν ἥλιον ὑπο-  
 λαμβάνουσιν οὕτως εἶ-  
 ναι ταπεινόν, ὡσπερ φαί-  
 νεται, μὴ ὄντα οὕτως τα-  
 5 πεινόν. εἰ γὰρ ἦν οὕτως, ἐν-  
 πυρίζεσθαι τὴν γῆν ἔδει  
 καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς πάντα [πρα]  
 πράγματα. τὴν οὖν ἀπό-  
 φασιν ὀρώμεν αὐτοῦ τα-  
 10 πεινήν, ἀλλ' ὄχι αὐτόν.  
 πλ[ή]ν τοῦτο μὲν παρενβε-  
 βλήσθω. . . . . περὶ  
 δ' ἀνατολῶν ἤδη λέγω-  
 μεν καὶ δύσεων καὶ τῶν  
 col. III ἐφεξῆς, ἐκείνο προθέντες,  
 ὅτι τὸν ζητοῦντά τι περὶ  
 τῶν ἀδήλων, ἂν βλέπη τοὺς  
 τοῦ δυνατοῦ τρόπους πλεί-  
 5 ονας, περὶ τοῦδέ τινος  
 μόνου τολμηρὸν καταπο-  
 φαίνεσθαι. μάντεως γὰρ

col. I v. 7 CIH F et D, corr. C.

col. II v. 1 CYNHAION F, suppl. HK, πολ[λοί iam U.  
 v. 11 ΠΑΝΝ F et D. v. 12 post βλήσθω magnum spatium.



μᾶλλον ἔστιν τὸ τοιοῦτον  
 ἢ ἀ[ν]δρὸς σοφοῦ. τὸ μέντοι  
 10 λέγειν πάντας μὲν ἐνδε-  
 χομένους, πιθανώτερον  
 δ' εἶναι τόνδε τοῦδε ὀρθῶς  
 ἔχει. ἐνδέχεται τοιγαρ-  
 οῦν τὸν ἥλιον ἀνθρακῶ-  
 col. IV δη τινα κύκλον [εἶναι καὶ  
 λεπτὸν ἄκρως, [ὃς ὑπὸ  
 πνευμάτων αἰω[ρεῖται  
 πηγῆς τε ἐπέχ[ει τρό-  
 5 πον, τοῦ μὲν ἀ[πίοντος  
 ἔξ αὐτοῦ πυρὸς τοῦ δὲ συν-  
 ρέοντος ἐκ τοῦ [σύμπαν-  
 τος κατὰ μικρ[ὰς τινὰς  
 συγκρίσεις διὰ [τὴν τούτου  
 10 πολυμιγ[είαν· διὸ καὶ ἐ-  
 παρκεῖν αὐ[τὸς πέφυ-  
 κε τῷ κόσμῳ· [ἢ τοῦ περιέ-  
 χοντος εὐε[μπρήστου  
 τυχνάν[οντος . . . . .

fr. IX = C 15 C, U 23 (HK 47).

7 . . . . . ατη . . . .  
 . βρε[φ]ώδους η . . . .

col. III v. 9 ΑΗΔΡΟΣ F et D.

col. IV v. 1 suppl. HK. v. 2—3 suppleni; κύκλον [εἶναι  
 καὶ] λεπτὸν ἄκρως [ὑπὸ σφοδρῶν] πνευμάτων αἰω[ρούμενον HK.  
 v. 4 ἐπέχ[ει τρόπον suppleni, ἐπέ[χειν τό]πον U, ἐπέχ[οντα τό]πον  
 HK. v. 5—7 suppl. HK, v. 7 [περιέχον]τος U. v. 8 suppl. U;  
 v. 9—14 suppleni. v. 9—12 HK supplent: διὰ [δὲ τὴν]  
 πολυμιγ[είαν αὐτοῦ καὶ ἐ]παρκεῖν αὐ[τὸ τοῦτο πέφυ]κε τῷ κόσμῳ  
 [παντί]. v. 11 πορχειν D.

fr. IX v. 7sqq suppleni; ἢ][κ]ρεώδους [ἢ καὶ στερρ]ᾶς ἐξέβαινον  
 τὰ τοῦ ἀνθρώπου [μέλη, ὡς] ὁ παρῶν λόγος ἔ[χει, ἐκ] γῆς φύντες  
 [π]ροσ[έλαβον] τότε τι τῆς ἰσχύος ἐν[ὸν τῇ φύσει suppl. U;  
 v. 12 βρο[τοί] τότε τι τῆς ἰσχύος[ . . . ]ον HK. v. 8  
 . ΒΡΕ . ὩΔΟΥΧΗ . . . . D.

.ας ἐξέβαινον τὰ [φύλα  
 10 τοῦ ἀνθρώπου, [προδηλοῖ  
 ὁ παρῶν λόγος. ἐ[κ δὲ τῆς  
 γῆς φύντες βρ[εφώδεις  
 τόδε τι τῆς ἰσχύ[ος ἐν-  
 ὄν τῇ φύσει . . . . .

fr. X = HK 48, C 13, U 24.

col. I . . . . . οντος χειμῶνα  
 φεύ]γοντες εἰς ἐπινό-  
 ησιν οἰκ]ημάτων ἦλθον |  
 διὰ] δὲ τῶν περιβολῶν,  
 5 ἄς ἐποιοῦντο τοῖς σώμα-  
 σ]ιν, εἴτε φύλλοις αὐτὰ  
 σ]κέποντες εἴτε βοτά-  
 ναις εἴτε καὶ δοραῖς, ἀναι-  
 ροῦντες ἤδη τὰ πρ[ό]βα-  
 10 τα, εἰς ἐνθύμησιν ἐσ-  
 θήτων, στρεπτῶν μὲν  
 οὔπω, κασωτῶν δ' ἴσως  
 ἢ ὀποιωνοῦν. εἶτα δὲ  
 προβαίνων ὁ χρόνος

col. II ταῖς ἐπινοίαις αὐτῶν  
 ἢ τῶν μετ' αὐτοὺς ἐνέ-  
 βαλεν καὶ τὸν ἰστόν.  
 εἰς οὖν οὐδεμίαν τέχνην  
 5 ὡς ο]ὐδὲ ταύτας, οὔτ' ἄλ-  
 λο[ν] τινὰ θεῶν οὔτε  
 τὴν Ἀθηνᾶν παραλημ-

v. 9 ΑΣΕΞΕΒΑΙΝΟΝ . ΤΑ Δ. v. 10 ΠΟΥΙ . . . . Δ.  
 v. 12 ΒΡΟC . . . Δ. v. 13 ΙCXYE Δ.  
 fr. X col. 1 . [ / Ο ] ΝΟΝΤΟC ΧΕΙΜΩΝΑ [ C ] Δ. v. 2 φεύγοντες  
 suppl. U, ἐπινόησιν HK. v. 3 ἸΗΜΑ F, unde οἰκημάτων  
 suppl. Gomp., ΑΝΝΗΜΑΤΩΝ Δ, unde ἐπίνο[ι]αν νημάτων U.  
 v. 4 suppl. U, . [ Γ Ε ] Δ Ε Δ.  
 col. II v. 5 ὡς ο]ὐδὲ suppl. U.

πτέον· πάσας γὰρ ἐγέν-  
 νησαν αἱ χρεῖαι καὶ πε-  
 10 ριπτῶσεις μετὰ τοῦ  
 χρόνου. καὶ τῶν  
 φθόνγων δὲ ἔνεκεν (λέ-  
 γω δὲ τῶν τε ὀνομάτων  
 καὶ τῶν ῥημάτων, ὧν  
 col. III ἐποιήσαντο τὰς πρώτας  
 ἀναφθένξεις οἱ ἀπὸ  
 γῆς φύντες [ἄνθρω]ποι)  
 μήτε τὸν Ἑρμῆν παρα-  
 5 λαμβάνωμεν εἰς δι-  
 δασκαλίαν, ὡς φασίν  
 τινες — περιφανῆς γὰρ  
 αὕτη γε ἀδολεσχία —  
 μήτε τῶν φιλοσόφων  
 10 πιστεύωμεν τοῖς λέ-  
 γουσι κατὰ θέσιν καὶ  
 διδαχὴν ἐπιτεθῆναι  
 τὰ ὀνόματα τοῖς πράγ[μα-  
 σιν, ἵνα αὐτῶν ἔχωσ[ι] σημεῖ-  
 col. IV α τῆς πρὸς [ἀλ]λήλους ἔνε-  
 κα ραδίας ἀποδηλώσεως οἱ  
 ἄνθρωποι. γελοῖον γάρ  
 ἐστι, μᾶλλον δὲ παν-  
 5 τὸς γελοίου γελοιώτε-  
 ρον πρὸς τῷ καὶ τὸ ἀ-  
 δύνα[τ]ο[ν] αὐτῷ προσεῖ-  
 ναι, σ[υνα]γαγεῖν μὲν  
 τινα τὰ [το]σάδε πλήθη,  
 10 ἓνα τυγχάνοντα — οὐδὲ  
 γάρ πω τ[ότ]ε . . . λῶσες ἦ-

col. III v. 3 [ἄνθρω]ποι suppl. C. v. 14 suppl. U.

col. IV v. 1 [ἀλ]λήλους suppl. U. v. 8 σ[υνα]γαγεῖν suppl. U.  
 v. 9 suppl. U. v. 11 ΠΩΙ. ICΩ/. CIAÇECH F. ΠΩ[Τ . . . Ε]ΒΑ-  
 ΤΑΓΕCH D; Us. conl. βιάτορες, Bücheler βάσταγες, HK βασιλέες(!)

σαν οὐδὲ μὴν γ[ρ]άμμα-  
τα, ὅπου γε μηδὲ οἱ φθόν-  
γοι — περὶ γὰρ τούτων καὶ

fr. XI = HK 49, C 14, U 25.

φθόν]γω[ν ἐδ]έ[ησε, ὦ]σ[τ]ε  
συντελοῦντ . . . . .  
5 εἰ συμβαί[ν]ει ω . .  
τα τὸ σπάνιον . . . . .  
τι βουλομένου . . .  
να γὰρ βαίνοι . . .  
πρὸς τοὺς με . . . . .  
10 καὶ γὰρ ο . . . . .

fr. LXXI = HK 7/8, C p. 32, 3 et 1, U 2 et 3.

col. I ἀλλὰ τοῦ] ἐλέφαντος  
— τούτω γὰ]ρ βραδυκει-

fr. LXIX v. 8 suppl. Gomperz. v. 9 suppl. U. v. 10  
exempli causa suppleni, ἐξ ἀνάγκης Gomperz.

fr. LXX col. I v. 9 λέξειει suppl. HK. v. 10 suppl. Diels;  
C  ΛοC  ΙΤΕΚΟΙΑΝ F; τέκοι ἄν HK.

fr. LXXI duos lapides coniunxerunt HK. col. I v. 1—6  
suppleni; U et HK ita: [ὡς (ὡσπερ HK) τοῦ] ἐλέφαντος [ὑπά, χει  
τι] βραδυκεῖ[νητον το]ῦ σώματος ([ἐστι τὸ ὑπε]βραδυκεῖ[νητον  
HK). [ἀλλὰ τοῦτο] γε εἰ καὶ κα[ταγεινώσκο]υσι μοχθη[ρὸν εἶναι....].

νησία το]ῦ σώματος  
 ἐστι μεγάλη] γε — εἰ καὶ κα-  
 5 ταδεικν]ύουσι μοχθη-  
 ρίαν, τότε]. . . . . ρ  
 . . . . . ον  
 . . . . . λη  
 . . . . . ρο  
 10 . . . . . παν.

col. II καὶ ὁ περὶ τῶν [. . . λυ-  
 πῶν δέ, ἐπεὶ κ[αὶ ταύ-  
 τας τινες πα[ριστᾶ-  
 σι, τοιοῦτος. ἀ[λλὰ τὸ  
 5 πρῶτον μὲν ο[ὔ κατὰ  
 τ]ῶν γερ[ό]ντων ὑπάρ-  
 χει λόγος. καθόλου  
 μὲν γὰρ ὧν οὐκ εἰσιν  
 ὀρέξεις πραγμάτων,  
 10 περὶ τούτων οὐδὲ λῦ[παι]. . . .

fr. LXXII = HK 15, C p. 31, 4, U 7.

[οὔ-  
 6 τως π]ως· „εὔδ[ε] χρόν[ον μα-  
 λακ]ῶς· ἢ γὰρ δίκη ἐ[στὶ γε-  
 ρόντ]ων.“  
 ἐγὼ μ]ὲν οὖν φημι σ. . . .  
 10 . . . γεγηρακός ο. . . .

col. I v. 5 ὈΥCI F.

col. II v. 1—3 coniecerunt HK; in contextu scripserunt:  
 καὶ ὁ περὶ [ἀνθρώ]πων δέ, ἐπεὶ [κοινότη]τάς τινες πα[ριστᾶ]σι,  
 τοιοῦτος [λέγεται.] πρῶτον μὲν οὖν περὶ τῶν γε[ρό]ντων κτλ.  
 v. 4—6 coniciunt eidem πρῶτον μὲν ο[ὔδεις τού]των γε [πάν]των  
 ὑπάρχει λόγος; [ἀλλὰ τὸ πρῶτον μὲν ο[ὔ κατὰ] τῶν γερόντων  
 scripsi. v. 10 λῦ[παι γείνονται suppl. U.

fr. LXXII v. 5 οὔτως π]ως scripsi, λέγει δέ π]ως HK.  
 v. 6 sqq. suppl. U, versum Homericum agnoscens. Gomperz  
 proponit „ἀλλὰ τὸν αἰεὶ“, λέγοιμεν ἂν καλ]ῶς, „εὔδε χρόν[ον  
 μαλακ]ῶς. ἢ γὰρ δίκη ἐ[στὶ θανόντ]ων. v. 9 ἐγὼ] μὲν οὖν,  
 φημι, σ[υν]γεγηρακός U; ἐγὼ μὲν οὖν φημι, σ[ώματος] γεγηρα-  
 κός ὁ [νοῦς HK.

fr. LXXIII = HK 5/6, C p. 32, 4 et 2, U 6 et 4.

col. I reliquiae exstant v. 7 ου, v. 8 χει, v. 9 v.

col. II . . . . .νον χρήσι-  
 μ . . . . .]ω σώματι  
 . . . . . οἰς προσπε-  
 . . . . . αν εἰς παραί-

5 νεσιν καὶ ἄ]μ' ἀρίστη[ν  
 ὁ αὐτὸς Ὁ[μηρος, λέγων·  
 „βουλήν δ[ὲ πρῶτον  
 μεγαθύ[μων ἴζε γε-  
 ρόντων“ [καὶ ἄλλη·  
 10 „γῆραὶ δὴ [πολέμοιο

col. III πεπαυ[μένοι ἀλλ' ἀ-  
 γορητ[αὶ ἐσθλοί“ . .  
 δὲ του . . . . .  
 προς . . . . .  
 5 τραγ . . . . .

desunt quinque versus.

fr. LXXIV = HK 10.

. . . . . ἀλ]λ' ἔτι πολ-  
 λούς ἤδη γ]εγηρακότας  
 . . . . . τ]οῖς αὐτοῖς καὶ  
 ἰσχυρότ]ατον ἀψαμέ-  
 5 νους αὐτ]ῶν· μηδ' ὅτι  
 οὐ προν]οεῖν ὦν εἴρη-  
 κα δύναν]ται, ἀρτίους [δὲ ἔχουσι φρένας . . .

fr. LXXIII duo lapides ab HK coniuncti, postquam U versus Homericos agnovit.

col. II v. 1—6 HK suppl. ita: [δυνάμε]νον χρήσι[μον εἶναι τ]ῷ σώματι [συμφέρειν τ]οῖς προσπε[σοῦσιν λία]ν εἰς παραί[νεσιν τήν] ἀρίστη[ν] ὁ αὐτὸς Ὁ[μηρός φησι]. v. 5 καὶ ἄ]μ' ἀρίστην scripsi M<sup>Δ</sup>Ρι(TH F. v. 9. καὶ ἄλλη scripsi, καὶ πάλιν HK.

col. III v. 2—5 HK ita supplent: [τῷ] δὲ τοῦ [ἐπικού λόγῳ] προσ[τίθεται καὶ ὁ] τραγ[ικὸς ποιητής].

fr. LXXIV supplere conatus sum.

fr. LXXV = C p. 32, 5 (HK 11).

οὐ τοῦ γε. . . . .  
 σα. . εικως πα. . .  
 τοῦτον δυγ. . . . .  
 καὶ οὐκέτ[ι. . . .  
 νης· διὰ το. . . .

fr. LXXVI = HK 13.

λιο  
 σμει  
 οιοσασο  
 ἰνχοροϛ

fr. LXXVII = HK 14.

ἀλλ  
 σηπανγ

fr. LXXVIII = HK 16.

6 . . . λεα . οκαν  
 ι. καὶ ἔξω δὲ το[ύτου  
 μ]έγα, ὦ νέοι, μέγα [τὸ  
 πλ]εονέκτημα τ. . . .  
 10 . . . λυ πενείαν ὀρ. . . . .

fr. LXXIX = HK 17.

col. I ε . . . . . ειφωσι  
 . . . . . ν ὀπλοις ου  
 . . . . . ανοις ἐπὶ πη-  
 . . . . . θη καὶ ἐπὶ φύ-  
 10 . . . . . ϛ τῆς ὀργῆς  
 col. II v. 1—5 desunt.

fr. LXXVIII suppl. HK, etiam v 9/10 τ[οῦ βραδ]ὺ πενείαν ὀρ[θού]ντος.

fr. LXXIX col. I HK ita suppl.: ἀλείφωσι . . . . . ἐ]ν ὀπλοις οὐ[τιδα]νοῖς ἐπιπη[δη]θῆ καὶ ἐπίφυ[σι]ς τῆς ὀργῆς.

6 νεσθ[αι. . . . .  
 μελο. . . . .  
 τιναρ. . . . .  
 λόγοι. . . . .  
 10 ἔγωγε. . . . .

fr. LXXX = HK 19, C p. 27.

6 μ]ῆ ἀγνοῶμεν, [ὅτι  
 διὰ τὸ γήρας ἐγ[ένον-  
 τὸ αἰ παρακο[π]α[ί. .  
 . τινα ἐτέραν. . . .  
 10 . . τ]ῆς φύσειω[ς

fr. LXXXI = HK 25.

col. I 3 . . . . . ο]ὐχ οὗτος  
 . . . . . π]ράγμασι  
 5 . . . . . καὶ δόξη  
 . . . . . αν τ]ῆς ι-  
 . . . . . ἐλ]πίς τῆς ἡ-  
 δονῆς? . . ]ος τούτοις  
 . . . . . ρρωσ ο

10 . . . . . ταυτόν

col. II v. 1—2 desunt.

τῆ συν. . . . .  
 τα πειοι. . . . .

5 τινος ταῖς. . . . .  
 ὥστε ἀνέ[σεις πα-  
 ρέχειν π[ολλάκις  
 μήτε πεφυ[κέναι  
 τὰς ἀλγη[δόνας

10 το. . . . .

fr. LXXX v. 6 et 7 suppl. HK. v. 8 παρακοπαὶ supplēvi.

fr. LXXXI col I v. 7—8 supplere conatus sum. v. 5 ἀπισ-  
 τήση HK. v. 6 πρὸς τούτοις HK. v. 9 ἔ]ρρωσο supplēt  
 HK, qui hoc fragmentum epistulis attribuunt. quod tamen  
 propter litterarum magnitudinem fieri non potest.

col. II v. 6/7 supplēvi; HK v. 6—8 ita supplēt: ὥστε  
 ἀν ἐ[θέλη πα]ρέχειν π[ράγματα, μήτε πεφ[υκέναι] τὰς ἀλγη[δόνας.

fr. LXXXII = HK 33, C p. 31, 2.

ουι.....

ατωνι.....

υλη κα.....

οις τῷ ιχ.....

ται.

ού.....

---

## G. FRAGMENTA INCERTA.

fr. LXXXIII = C p. 27, HK 12.

οὐκ ἔσ[τι  
 αἰς Ζῆν (?)  
 δοῖς.

fr. LXXXIV = HK 34, C p. 26 C.

..... ομα  
 ..... τα  
 ..... εν  
 ..... να βλα-  
 ..... σιν

fr. LXXXV = HK 34, C p. 26 A

(propter latum marginem super primum versum relictum aut Epicuri Sententiis aut Epistulae ad Antipatrum adiungendum est).

τεληβρω  
 μα.

fr. LXXXVI = C p. 26 D (HK 36).

στηλ  
 ερανμ.

fr. LXXXVII = HK 86.

col. I 1 ..... λω  
 ..... ο  
 col. II 1 πολλά κο  
 πονηρ

fr. LXXXVIII = C p. 28 A (HK 87).

col. I ..... αδι  
col. II ..... τινος α  
..... πτικο

fr. LXXXIX = C p. 28 B (HK 88).

.....

ιεις

οναν

ανκο

λεγει

λεν

εστι



## Adnotationes.

**fr. I col. I v. 1** tale quid antecessit: [ὄρων τοὺς ταῖς κεναῖς τῆς ψυχῆς δόξαις ἀκολουθοῦντας καὶ μὴ ἀκούοντας σώματος ἐγκλήσεις] τῇ ψυχῇ . . . . . ἐπιφέροντος καὶ δικαίας, ὅτι κτλ. quod col. II v. 4 exēpītur τούτους οὖν ὄρων, πάλιν γὰρ ἐπαναλήμφομαι, διακειμένους οὕτως.

v. 3 sqq. cfr. verba Democriti fr. 159 Diels καὶ Δημόκριτος μὲν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἀναφέρων <τὴν αἰτίαν τῆς> κακοδαιμον<ίας> φησίν· εἰ τοῦ σώματος αὐτῇ δίκην λαχόντος παρὰ πάντα τὸν βίον ὦν ὑδύνηται <καὶ> κακῶς πέπονθεν, αὐτὸς γένοιτο τοῦ ἐγκλήματος δι<καστής>, ἡδέως ἂν καταψηφίσασθαι τῆς ψυχῆς, ἐφ' οἷς τὰ μὲν ἀπώλεσε τοῦ σώματος ταῖς ἀμελείαις καὶ ἐξέλυσε ταῖς μέθαις, τὰ δὲ κατέφθειρε καὶ διέσπασε ταῖς φιληδονίαις, ὡσπερ ὄργανου τινὸς ἢ σκεύους κακῶς ἔχοντος τὸν χρώμενον αἰτιασάμενος' et Epic. apud Us. fr. 445 μηδὲ αἰτιώμεθα τὴν σάρκα ὡς τῶν μεγάλων κακῶν αἰτίαν μηδ' εἰς τὰ πράγματα τρέπωμεν τὰς δυσφορὰς, ἐν δὲ τῇ ψυχῇ τὰς τούτων αἰτίας μᾶλλον ζητῶμεν κτλ.

v. 8/9 de corpore non multo indigente cfr. Us. frr. 200 et 602 et Wotke *Wien. Stud.* X 193 sent. 33 σαρκὸς φωνὴ τὸ μὴ πεινῆν, τὸ μὴ διψῆν, τὸ μὴ ῥιγοῦν. ταῦτα γὰρ ἔχων τις καὶ ἐλπίζων ἔξαι κἂν Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας μαχέσαιο. etiam κύρ. δόξ. 15 et 21 et fr. 469 Us. conferenda sunt (fr. 469 χάρις τῇ μακαρίᾳ φύσει, ὅτι τὰ ἀναγκαῖα ἐποίησεν εὐπόριστα, τὰ δὲ δυσπόριστα οὐκ ἀναγκαῖα'.

v. 10 sqq. ὦν δύναται καὶ ἡ ψυχὴ συναπολαύουσα καλῶς διάγειν] cfr. imprimis Us. fr. 429 εἰ δ' ἀκούεις αὐτῶν μαρτυρομένων καὶ βούωντων, ὡς ἐπ' οὐδενὶ ψυχῇ τῶν ὄντων πέφυκε χαίρειν καὶ γαληνίζειν πλὴν ἐπὶ σώματος ἡδοναῖς παρούσαις ἢ προσδοκωμέναις, καὶ τοῦτο αὐτῆς ἀγαθόν ἐστιν, ἅρ' οὐ δοκοῦσιν σοι κτλ. cfr. etiam frr. 425, 418.

col. II v. 10 τῇ τῶν χρόνων ἀπωλείᾳ] de iis dictum est, qui quia nesciunt quae sibi prosint ea quaerunt quae non prosunt, id est secundum Epicurum ii, qui ταῖς κεναῖς τῆς ψυχῆς δόξαις obsequuntur. cfr. praecipue Epictet. diss. III 26, 36 καὶ τὸ τοῦ φιλοσόφου δῶρον τοῦτο ἦν (scil. ἀναβλέπειν ὄρθοις τοῖς

ὀφθαλμοῖς πρὸς τοὺς πλουσίους, πρὸς τοὺς τυράννους) οὐδ' οὐκ ἔξελευση θαρρῶν, ἀλλὰ περιτρέμων τοῖς ἱματιδίοις καὶ τοῖς ἀργυρωματίοις. δύστηνε, οὕτως ἀπώλεσας τὸν μέχρι νῦν χρόνον.

v. 14 εὐσυνκρίτοις quae vox repetitur fr. II col. III v. 4 (= HK 59 II 4), ab Usenero p. 431 ita explicatur: „εὐσύγκριτοι sind dem Verf. die urteilsfähigen, die Wert und Unwert verschiedener Lebensgrundsätze abzumessen vermögen“ cum activam significationem ut videtur voci tribuat. alia explicatio mihi magis arridet. omnia corpora ex atomis concreta σύγκρισιν vocant Epicurei. atqui Us. fr. 178 legimus μηδένα σοφώτερον Ἐπικούρου γεγονέναι μηδ' εἶναι, ἡ δὲ μήτηρ ἀτόμους ἔσχεν ἐν αὐτῇ τοσαύτας, οἶαι συνελθοῦσαι σοφὸν ἂν ἐγέννησαν; cfr. Diog. Laert. X 117 οὐδὲ μὴν ἐκ πάσης σώματος ἔξεως σοφὸν γενέσθαι. εὐσύνκριτοι igitur videntur esse qui ex talibus atomis concreti sunt, quales efficiant hominem εὐφυῆ.

col. III v. 2 αἰτία] τῆς γραφῆς cfr. fr. II col. I v. 13 sqq.

v. 4 φόβος ἐκ θανάτου] cfr. fr. XXIX col. II v. 1 φόβοι μέ]ν εἰσιν ὁ μ]έν ἐκ θεῶν, ὁ [δ' ἀπὸ θα]νάτου ὁ δ' ἀπ' ἀλγηδόνων. conicias etiam [φό]βον ἐκ θ[εῶν]. et revera hac disputatione de dis agit scriptor (fr. XII), sed nimirum idem de anima et morte.

v. 7 κα[τέχειν] ut fr. II col. VI v. 5 τοὺς . . . κατ[έχον]τας ἡμᾶς φόβους.

v. 14 quod veram voluptatem efficit, ἀφοβία vel ἀταραξία est, cum antea de metu loquatur; cfr. fr. II col. I v. 9 ὡς τὸ τῆ φύσει συμφέρον, ὅπερ ἔστιν ἀταραξία, καὶ ἐνὶ καὶ πᾶσι τὸ αὐτὸ ἔστιν (δεικνύειν πειρώμενος).

fr. II col. I versus primos ita supplevi ut ad eos spectent v. 13—14. altera causa scripti haec est, quod adiuvare vult homines miseros (fr. I col. II et III), altera haec, quod refellere eos qui philosophiae (an physiologiae? cfr. fr. III et IV) maledicunt. ad v. 4 cfr. Us. fr. 552 οὐ πολιτεύεσθαι.

v. 6 καθάπερ παρών, nam ipse aegrotus ut videtur οἶκοι κάθηται ut dicit fr. XXIV col. I v. 5.

v. 7—col. II 6 tam dissimiles sunt res (δεικνύειν πειρώμενος ὅτι τὸ συμφέρον τῆ φύσει . . . πᾶσι τὸ αὐτὸ ἔστιν et δευτέραν αἰτίαν ἀποδοῦς τοῦ συγγράμματος), ut vix in unam sententiam comprehendī possint, et vox οὖν, v. 14 novam sententiam indicat (aliter interpungunt U et HK).

col. II v. 12/13 restituendi sunt secundum Metrodori dictum, quod nunc integrum invenis Wien. Stud. X Wotke sent. 47: Προκατείλημμαι σε, ὦ τύχη, καὶ πᾶσαν σὴν παρείσδυσιν ἐνέφραξα. καὶ οὔτε σοὶ οὔτε ἄλλῃ οὐδεμῆ περιστάσει δώσομεν ἑαυτοὺς ἐκδότους· ἀλλ' ὅταν ἡμᾶς τὸ χρεῶν ἐξάγη, μέγα προσπτύσαντες τῷ Ζῆν καὶ τοῖς αὐτῷ κενῶς περιπλεκόμενοις

ἀπιμεν ἐκ τοῦ ζῆν μετὰ καλοῦ παίωνος (corr. U, cod. πλείονος), ἐπιφωνοῦντες ὡς εὖ ἡμῖν βεβίωται.

v. 13/14 ut in sententia Metrodori sic hic quoque paeanis argumentum afferri puto. ad verba πλήρωμα τῶν ὄλων ἡδέων cfr. Metrodori verba vol. Herc. coll. alt. X col. XIV f. 78 (Körte *Metrodorus* p. 587) ἢ δ' ἂν τὸ πλήρωμα τῶν ἀγαθῶν τις ἐν ὀμμασιν τίθηται κτλ.

col. III v. 4 εὐσυνκρίτοις cfr. ad fr. I col. II 14. — vocem ἤδη ad εὐσυνκρίτοις refert Usener, non recte; dicit enim scriptor se, cum iam ad extremum vitae finem pervenerit, nunc tandem (ἤδη), ne morte praeveniatur (ἵνα μὴ προλημφθῶμεν), adiuvare velle τοὺς εὐσυνκρίτους. itaque ne hoc quidem recte statuitur ab Heberdey et Kalinka p. 437, sententiam construendam esse ἵνα μὴ προλημφθῶμεν βοηθεῖν.

v. 11 μὴ πάνυ δὲ πολλοὺς a verbo βούλει pendet; sed non iam βούλει, sed βούλεσθαί σε δεῖ subaudiendum est.

v. 14 sqq. vix facias cum Heb. et Kal., qui p. 440 1 maximam verborum perturbationem statuentes sic construunt: κἂν καθ' ἕνα ἑκκαλούμενος παρ' ἑμαυτὸν εἰς συμβολίαν τὴν ἀρίστην, πάντα ἔπραττον. nam πάντα πράττειν εἰς τι saepius dicitur cfr. Epicur. ep. III 122 (Us. p. 59, 12) πάντα πράττομεν εἰς τὸ ταύτην ἔχειν; significat igitur *omnem operam dare ut aliquid fiat*. verba παρ' ἑμαυτὸν autem vim habent *quantum quidem in me est*, cfr. p. XL sqq. fortasse πάντα τὰ παρ' ἐμ. scribendum est. itaque haec construenda sunt: *omnia quae in mea potestate essent, facerem, ut optimum iis daretur consilium*.

col. IV v. 7 τῇ ψευδοδοξίᾳ νοσοῦσι κοινῶς] cfr. Epic. fr. 224 Us. ὁ αὐτὸς (Ἐπίκουρος) τὴν οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγεν, ob eam causam, opinor, quod οἴησις ut ἱερὰ νόσος ονίων (cfr. col. IV 12) ab alio in alium transit; Diogenes quoque verisibus sequentibus talia dicit. sed dubium est, num hoc fragmentum ex florilegio Monacensi sumptum recte Epicuro attribuat, cum idem Heraclitus dixisse tradatur a Diog. Laert. IX 7 (fr. 46 Diels) τὴν τε οἴησιν ἱερὰν νόσον ἔλεγε καὶ τὴν ὄρασιν ψεύδεσθαι. cfr. Senec. de v. beat. I 4, unde hoc afferam: *nemo sibi tantummodo errat, sed alieni erroris et causa et auctor est*. cfr. eiusd. epist. 94, 54.

v. 13/14 δίκαιο[v δ' ἐστὶ καὶ] τοῖς κτλ. una longa periodus inde a col. IV v. 3 usque ad col. VI v. 2 pertinet. Us. atque Heb. et Kal. col. V v. 2 iam sententiae finem faciunt, cum a col. IV v. 13/14 apodosin incipiant, vel δίκαιο[v ἡγοῦμαι] τοῖς μεθ' ἡμᾶς vel δίκαιο[ὶ ἐσμεν καὶ] τοῖς μ. ἢ. scribentes. quo tamen nullus sanus sensus efficitur. nam quo modo dicere potest aliquis, cum plurimi homines falsis opinionibus laborent, aequum esse etiam posteros adiuvare, nisi ab arte dialectica maxime dissidet? apparet curam posterorum novam esse causam.

qua scriptor admoneatur ut in lapidibus aeternis praecepta sua incidat. in parenthesi autem cur sibi curae esse debeant posterius causa addita, hanc tertiam affert causam incidendi libelli col. V v. 4, quod humani viri est, etiam peregrinos adiuvari. sed cum multis additamentis nimis intumesceret sententia, iam opus erat eius initium in mentem revocari (col. V v. 8); tum denique sequitur apodosis col. V v. 12. — iam videri potest, quam significationem habeat vox διαβέβηκε col. V v. 9, quam HK p. 433, cum totum hoc fragmentum epistulae alteri cuidam ad Antipatrum datae attribuant, hanc ipsam ob causam perfecti formam habere arbitrantur. ita enim, ut videtur, eam vocem intellegunt, quasi Diogenes dicat, cum Antipater epistolam accepturus sit, subsidia (βοηθήματα) iam ad plures transitura fuisse, id est, iam plures tum subsidiorum illorum participes futuros esse. quae vis, siquidem recte adhuc interpretati sumus, illi verbo nullo modo inesse potest. immo potius verbis ἐπειδὴ οὖν εἰς πλ. διαβέβηκε τὰ β. τ. σ., quibus comprehendere totam sententiam antecedentem cognovimus, nihil novi inesse potest. itaque eo pervenimus, ut verbis διαβέβηκε εἰς τινα significationem *pertinendi ad aliquem* attribuamus. dicit scriptor, si pauci homines aegri essent (cfr. col. III) se singulos sanaturum esse, cum autem plurimi aegrotent hucque et hi et illi accedant . . . . ., cum igitur ad plures (non ad paucos) subsidia scripti pertineant, se in porticu illa simul omnibus medicamenta morbi praebere velle. idem igitur significat illud verbum atque διατείνειν vel διήκειν εἰς τινα, cuius propria vis etiam similitudinem quandam habet (δι—ήκειν, δια—βαίνειν). quam significationem tanto labore erutam gaudeo confirmari usu scriptoris sane recentioris, Stephani in Aristot. Rhet. ed. Acad. Ber. XXI 2 p. 281, 5, qui ita scribit: εἰ γὰρ τις ἐπαινεῖ Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις, εὐπάρδεκτα καὶ καλὰ ἔσονται τὰ λεγόμενα ὡς καὶ εἰς αὐτοὺς τοὺς ἀκροατὰς διαβαίνοντα. perfecti forma autem βέβηκα praesentis quoque vim habere notum est et Diogenes alibi quoque perfectum ita adhibere solet cfr. fr. XXXVIII col. III v. 10 ἀποδεδωκέναί.

col. VI v. 2—4 omnia remediorum genera uno se verbo complecti posse dicit: affectus semovendi sunt. genera remediorum autem affectuum generibus respondent.

v. 5 τοὺς . . ματαίως κατέχοντας ἡμᾶς φόβους] cogitat de metu deorum et mortis et dolorum; cfr. ad fr. XXIX et XXX et fr. I col. III v. 5.

v. 10 non omnes aegritudines sapienti ex animo tollendas esse Epicurus arbitratur (cfr. Us. fr. 597 καὶ λυπήσασθαι τὸν σοφόν), Cyrenaicos secutus (cfr. Diog. Laert. II 91 λυπήσασθαι μέντοι καὶ φοβήσασθαι, φυσικῶς γὰρ ἔχει). cfr. etiam

Cic. Tusc. III 13, 28 (Us. fr. 444) *Epicuro autem placet opinionem mali aegritudinem esse natura [ea natura coni. Us.], ut quicumque intueatur in aliquod maius malum, si id sibi accidisse opinetur, sit continuo in aegritudine.* itaque scriptor dicit naturales aegritudines se coercuisse tantum, ceteras autem funditus extirpasse.

v. 11 κομιδῇ pertinet ad μικρόν, cfr. ad fr. VIII col. IV v. 2.

v. 12 vox ἐλαχιστιαῖος alibi exstare non videtur, cfr. p. XXXIII.

v. 14 de forma ποεῖν cfr. Crönert *Memoria Hercul.* 116.

fr. III col. II v. 2 Cynicos et Cyrenaicos philosophos intellegit.

fr. IV col. I. de alio genere hominum atque fr. III nunc loquitur, de iis qui non aperte inutilem physiologiam ducunt, sed res non comprehendi posse putant, ut Sceptici et Academici.

v. 5 ἐγβολῆς] i. e. *reiectio*. ἐκβάλλειν saepe habere vim *reiciendi* monet Usener.

v. 6 σχήματι pro προσήματι ut saepe dici videtur.

v. 12 ἂ μήποθ' εὔρη.] HK p. 437 comparant fr. XXV col. I v. 13 εἰ... ἐπίσκεψιν εἶχε... , ἐβούλοντο δ' οὔτοι τὰς ἀρετὰς λέγειν, ὃ δὴ καὶ ἀληθὲς ἐτύγχανεν, οὐδὲν ἄλλ' ἔδει ποιεῖν, ἦ... et fr. XII col. III v. 2 εἰ ἀντιτεθῆκει... , σχεδὸν ἐγχερεῖ. sed hoc exemplum aliter intellegendum est, neque in illo opus erat dicere ὃ δὴ καὶ ἀληθὲς ἐτύγχανεν ἂν, nam verum est etiam tum, si negarent. praeterea prorsus alia est res in sententia relativa quae modum coniunctivum habet atque in apodosi condicionali. tamen nihil mutandum est (Us. proponit ἂ οὐ μήποθ' εὔρη); cfr. Blass *Gramm. d. neutest. Griech.* § 65, 7: „Die Möglichkeit des Fehlens von ἂν wird für ὅστις behauptet, aber nirgends stimmen alle Zeugen zu“ (citur Matth. 10, 33, Jacob. 2, 10) et „ὅσοι ohne ἂν Herm. S. VIII 11, 3 (2mal)“. quae quidem exempla, quamquam dubia sunt, magis ad hunc locum quadrant. locus Hermae Similit. VIII 11 § 3 (apud Hilgendorffium) sic legitur: „ὅσοι“ φησιν, „ἐξ ὅλης καρδίας αὐτῶν [μετανοήσωσι καὶ] καθαρῶσι εαυτοῦς... , λήφονται ἴασιν, ὅσοι δέ, φησί, προσθῶσι... καὶ ἀναστραφῶσιν... , κατακρινουσιν εαυτοῦς εἰς θάνατον. praeterea certa illius formae exempla habemus Le Bas, *Voyages arch.* III, 136 a 44 (circa 86 a. Chr.): ὅσοι ἀναλάβωσιν τὰ ὄπλα καὶ... ἀναγράψωνται et Bull. Corr. H. VI 439 tit. Palmyr. (Dittenberger *Or. inscr.* II 331) III b 90 δς κενὸς εἰσαχθῆ. omnia igitur sana sunt, praesertim cum litterae ἂ μήποθ' εὔρη in rasura sint; correctae igitur sunt, ut fr. I (HK 59) col. I v. 12 et fr. XXV (HK 66) col. I v. 10 et fr. XXXIX (HK 65) II v. 1. sermo vulgaris est.

col. II v. 1 ἐμβαίνειν, quod supplevi, cum accusativo cfr. Praef. p. XLII.

v. 4. *ῥεῖν γὰρ αἰεὶ τὰ πράγματα*] imprudens Aristoteli attribuit sententiam Heracliti.

v. 5—8 cfr. Aristot. *Metaph.* I 6 p. 987a . . . ταῖς Ἡρακλειταῖαις δόξαις, ὡς ἀπάντων τῶν αἰσθητῶν αἰεὶ ῥεόντων καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης.

v. 8 ἀντίληψιν] non i. q. κατάληψιν (*comprehensionem, intelligentiam*), sed i. q. αἴσθησιν ut ex v. 14 apparet.

v. 8 sqq. haec ῥεῦσις apud Epicureum scriptorem nihil aliud esse potest nisi sempiternus fluxus atomorum et imaginum a rebus effluentium rursusque adfluentium, cfr. *Epic. ep.* I 548 (Us. p. 11, 3 sqq.) καὶ γὰρ ῥεῦσις ἀπὸ τῶν σωματῶν τοῦ ἐπιπολῆς συνεχῆς, οὐκ ἐπίδηλος τῇ μειώσει διὰ τὴν ἀνταναπλήρωσιν et *Lucr.* II, 69 *fluere omnia cernimus*.

col. III v. 2 sqq. scriptor ostendit, Scepticos ipsos secum pugnare, cum ex eo, quod aliquid nunc album nunc nigrum esse videatur, demonstrare velint, nos quale re vera sit scire non posse. neque enim id ipsum Sceptici dicere possent, aliquid tum album esse tum nigrum, nisi antea, quod ipsi negarent, albi et nigri naturam iam cognitam haberent. cfr. exempli causa *Cic. de fin.* I 19, 64 *quos* (sc. *sensus*) *qui tollunt et nihil posse percipi dicunt, ii remotis sensibus ne id ipsum quidem expedire possunt, quod disserunt.* — Epicurum autem omnes sensus veros esse docere notum est. — Cum hoc loco etiam *Lucr.* IV v. 479 sqq. conferre licet, praecipue 497sqq. *non porro poterunt* (*sensus*) *ipsi reprehendere sese, aequa fides quoniam debet semper haberi, proinde quod in quoquest his visum tempore verumst.*

v. 2 et 5 ἐκείνο. . . τὸ δὴ οἶον φέρουσι, κτλ. cfr. fr. XXIX col. I v. 8/9 ἐκείνο τηροῦντες τὸ δὴ ὅτι. . . ἀντιπαρέρχεται.

fr. V col. I v. 4—7. duas igitur necesse est qualitates habeant corporum elementa; et ipsa sempiterna esse ea opus est et corpora construere.

col. II v. 2. Empedoclem Agrigentinum filium Acragae cuiusdam facit (Ἀκράγας).

v. 8 ὕλην καὶ θεόν, sic etiam *Diog. Laert.* VII 134.

v. 12 sqq. περὶ αὐτῶν ἐσφάλη τινά] nonnullis rebus Epicurus a Democriti de atomis sententia discrepat, cum non innumerabiles esse atomorum formas (*Ep. ep.* I § 55/6 et *Diels Vorsokr.* p. 377 v. 28, 35, 37) atomisque pondus inesse putet (*Diels l. c.* p. 378, 11 et *Us. fr.* 281, 275, *Epic. ep.* I 54).

col. III v. 9 sqq.] contra Heraclitum ignem elementum esse sumentem disputans *Lucr.* I v. 635—704 hoc argumentum non affert. sed cfr., quod apud Ciceronem de *nat. deor.* III § 35—37 Cotta philosophus Academicus disputat, qui ignem non immortalem esse ostendit, quia intereat, nisi alatur (§ 37) — post v. 14 fortasse legebatur ἐπεὶ φθειρον αὐτὰ δῆλόν ἐστιν;

cfr. Cic. l. c. § 35 *ego autem non intellego, quo modo calore extincto corpora intereant, non intereant umore aut spiritu amisso, praesertim cum intereant etiam nimio calore contra eos locutum, qui per igneam vim animalia vivere volunt.*

fr. VI col. I. de infinito spatio agi reliquiae litterarum indicare mihi videntur. cfr. Lucr. I v. 968 sqq. *praeterea si iam finitum constituatur omne quod est spatium, si quis procurrat ad oras ultimas extremas iaciatque volatile telum, id validis utrum contortum viribus ire quo fuerit missum mavis longeque volare, an prohibere aliquid censes obstareque posse?* e. q. s. non igitur hic contra Stoicos disputatur (quod Usener putat), quamquam fr. V col. II 7 ante Democritum Stoici nominantur. sed eodem loco (col. III 9 sqq.) scriptor etiam hoc dicit, Democritum recte quidem atomos rerum elementa duxisse, sed cum in nonnullis erraverit, postea, cum Epicureorum veram sententiam exponat, se de eo indicaturum esse. itaque huic fragmento iam alia anteisse putanda sunt, quibus Epicuro quid placeret de elementis explicatum esset. Praeterea quae Democrito col. II obiciuntur, non ad atomos ipsas pertinent, sed ad corpora ex illis composita eorumque qualitates. finita igitur iam est tota huius disputationis pars qua atomos elementa rerum esse et Democritum quibusdam in rebus errasse demonstrabatur.

v. 6/7 cfr. Ep. ep. I 67 τὸ κενὸν οὔτε ποιῆσαι οὔτε παθεῖν δύναται.

v. 13. subiectum erat fortasse ὀιστός (*volatile telum* Lucretius).

col. II v. 2 ὅτι οἶδεν αὐτό] scil. τὸ τέλος, τὸ τέρμα. nihil, inquit scriptor, impedit, ne telum extra terminum universi a vobis constitutum egrediatur, cum inane ei non obstet. neque enim credi potest, ob eam causam illud telum progredi non posse, quia sciat hunc esse terminum universi. iocosus est scriptor ut fr. XI et XXV col. III v. 2/3.

v. 8 νομιστέ] nonnulla huius verbi exempla adnotat Usener (Galen. de elem. sec. Hippocr. I 2 t. I p. 417 K., Marc. Aur. 7, 31, Sext. Emp. hypot. 3, 232). — sensus veraces esse caput quoddam erat doctrinae Epicureae, et ideo, quamvis atomi ipsae qualitates non haberent nisi formam, magnitudinem, alia eiusmodi (Ep. ep. I § 54), tamen necesse erat corporibus ex iis compositis ceteras quoque qualitates vindicare. itaque Colotes in libro quem inscripsit „ὅτι κατὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἔστιν“ etiam contra Democritum disputavit has omnes qualitates tollentem (cfr. Plut. adv. Col. cap. 8 sqq.); atque non solum Democrito sed omnibus quoque ceteris philosophis obiecit, quod vitam omnem tollerent. itaque cum idem a Diogene v. 9 sqq. Democrito obici videmus,

putaveris Colotis librum ab eo usurpatum esse. dolendum est, fragmentum hic abrumpi. — Epicurus autem ipse qualitates omnes corporum divisit in συμβεβηκότα et συμπτώματα (Ep. ep. I § 68 sqq.), illa semper, haec non semper corporibus adesse statuens, atque de illis dicit „οὐδ' ὡς καθ' ἑαυτάς εἰσι φύσεις δοξαστέον, . . . . οὔτε ὄλως ὡς οὐκ εἰσιν, (de Democrito opinor cogitans) οὐδ' ὡς ἕτερ' ἅττα προσυπάρχοντα τούτῳ ἄσώματα, οὐδ' ὡς μόρια τούτου κτλ. — Democriti sententia nota est (fr. 125 Diels Vors.<sup>2</sup> p. 408, 17) νόμῳ χροῖῃ, νόμῳ γλυκύ, νόμῳ πικρόν, ἔτεῃ δ' ἄτομα καὶ κενόν.

**fr. VII** col. I v. 9 et II v. 4 οὕτως scil. *ea significatione*. „*Nam si in illa definitione (v. 4) vocem μενὰ ita intellegi volunt, ut imagines corpora quidem habeant, valde tamen tenuia, non apto verbo utuntur.*“

col. II v. 1—3. quae simulacra efficere possunt, ea non vacua appellare debet sed corpora. cfr. Ep. ep. I 67 τὸ κενόν οὔτε ποιῆσαι οὔτε παθεῖν δύναται. Stoici quoque ipsi nihil nisi corpus aliquid facere posse volunt.

v. 6 δ δὴ καὶ μᾶλλον βούλονται]. vide, ut in simili re difficultatem evitare studeant apud Diog. Laert. VII 61 ἐννόημα δέ ἐστι φάντασμα διανοίας, οὔτε τι ὄν οὔτε ποιόν, ὡσανεὶ δέ τι ὄν καὶ ὡσανεὶ ποιόν.

v. 9—11: *quomodo vacuum, si ne exstat quidem* (i. e. si corpus non habet, cfr. v. 5), *speciem aliquam induere potest?*

**fr. VIII** col. I. agitur de stellarum motu.

v. 3 ἀλλ' οἱ μὲν . . . ἀλλήλοις συναντῶσιν] cfr. Ep. ep. II 114 τινὰ ἄστρα ὑπολειπόμενά τινων θεωρεῖσθαι συμβαίνει καὶ παρὰ τὸ . . . . καὶ παρὰ τὸ τὴν ἐναντίαν κινεῖσθαι ἀντισπώμενα ὑπὸ τοιαύτης δίνης. luna et stellae fixae, ut exemplum afferam, contrarium cursum tenere videntur.

v. 5. οἱ μὲν τὸν ὀρθὸν ἕως τινὸς περαιοῦσιν δρόμον.] cfr. Praef. p. XXXV — ἕως τινός, quod ad ὀρθὸν pertinere videtur, cur dicat nescio.

v. 7 λοξὸν δ' ἕτεροι] cfr. Ep. ep. II 93 (Us. p. 40), ubi complures eius motus causas invenis.

v. 9 οἱ δὲ τὸν αὐτοῦ κύκλον στρ.] cfr. Ep. ep. II 112 (Us. p. 52, 13): τινὰ ἄστρα στρέφεσθαι αὐτοῦ συμβαίνει. Usener optime affert Hom. II. Σ 488: ἄρκτον . . . . ἢ τ' αὐτοῦ στρέφεται.

v. 11 οἱ μὲν ὑψηλὴν . . . οἱ δ' αὖ ταπεινὴν] cfr. Ep. ep. II 114 (astra relinqui videntur) καὶ παρὰ τὸ περιφέρεισθαι τὰ μὲν διὰ πλείονος τόπου, τὰ δὲ δι' ἐλάττονος, τὴν αὐτὴν δίνην περικυκλοῦντα.

col. II v. 1. quae hic de solis magnitudine dicuntur, aliunde nobis nota non sunt. disputant de ea re Ep. ep. I 91, Lucr. V 564 sqq. magnitudo enim solis et ceterarum stellarum,



ut ait Epicurus, κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς τηλικούτον ἔστιν ἡλικὸν φαίνεται, κατὰ δὲ τὸ καθ' αὐτὸ ἤτοι μείζον τοῦ ὀρωμένου ἢ μικρῷ ἔλαττον ἢ τηλικούτον τυγχάνει. sed quid hoc est, quod v. 8 legimus, nos visum solis videre, non ipsum solem, cum talia nobis in Epicuri doctrina alias non occurrant? (nam aliud est, quod docet, nos per simulacra res videre). et quomodo cum Epicuri sententiis congruit v. 5 sqq.? quomodo enim sol, si tam humilis est quam videtur, terram comburere potest, si quidem tantus est, quantus esse videtur, id est bipedalem tantum vel non multo maius (Lucr. V 564) spatium comprehendat? prorsus e contrario Epicureis necesse esse videbatur ostendere, quomodo *tantulus ille sol* mundum lumine et calore complere posset (cfr. Lucr. V 590—613). vix credas Diogenem nobis veram Epicuri sententiam tradere. mihi quidem hoc videtur: Epicurus cum fidem sensuum servare studeret, sicut de magnitudine solis duplicem protulit sententiam (cfr. supra), ita distantiam quoque eius dixit κατὰ μὲν τὸ πρὸς ἡμᾶς tantam esse quanta videretur, κατὰ δὲ τὸ καθ' αὐτὸ fortasse maiorem. quod a Diogene ita intellectum est, quasi diceret ille, quod quidem nos videremus tantum distare quantum videretur, solem ipsum autem, quem non videremus, revera multo maiore spatio abesse. hoc cum ita intellexeret Diogenes, statim finxit ineptam causam, cur sol tam humilis esse non posset. fortasse etiam meminit Empedocleae de duplicitate solis doctrinae 21 A 56 Vors.<sup>2</sup> 162, 18 D.

v. 8 ἀπόφασις insolenter dictum pro φάσις vel φάσμα quasi „Abglanz“.

v. 11 ὀχί pro οὐχί cfr. Praef. p. XXXV.

v. 14 καὶ τῶν ἐφεξῆς, i. e. de defectu solis et lunae, de diebus et noctibus varia longitudine, quae a Lucr. V 564—770 et ab Epicuro ep. II 90 sqq. tractata sunt.

col. III v. 2 sqq.] praeceptum ab Epicuro ep. I 79 sqq. et in secunda epistula saepius repetitum (II 87, 104, 113, 114), cfr. et Lucr. V v. 526—533.

v. 5 sqq. obscurus et contortus est sermo. ἀποφαίνεσθαι περί τινος cum significet *sententiam dicere de aliqua re*, vox καταποφαίνεσθαι etiam maiorem vim habet *graviter, fortiter sententiam suam dicere* quasi una vera sit; (qua significatione haec vox alibi exstare non videtur). et ad verba περί τοῦδέ τινος (v. 5) supplenda est vox τρόπου. structura igitur haec est: ἐκείνο προθέντες, ὅτι τολμηρὸν (ἔστι) τὸν ζητούντά τι περί τῶν ἀδήλων, ἃν βλέπη τοὺς τοῦ δυνατοῦ τρόπους πλείονας, περί τοῦδέ τινος (τρόπου) μόνου καταποφαίνεσθαι, quod est: audacis est, quaerentem aliquid obscuri et videntem quam multis modis illud fieri possit, tamen de uno certo modo confidenter sententiam dicere. ὁδε τις inde ab Aristotele in philosopho-

rum sermone individuos significat et postea generalius etiam usurpatur cf. Simplie. phys. ed. ac. X 1410.

v. 7 μάντεως γὰρ μάλλον] cfr. Ep. ep. II 104 μόνος ὁ μῦθος ἀπέστω, 113 μανικὸν καὶ οὐ καθηκόντως πράττομεν, 114 τὸ δὲ ἀπλῶς ἀποφαίνεσθαι περὶ τούτων καθηκόν ἐστι τοῖς τερά- τεύεσθαι τι . . . . βουλομένοις, 87 ἐπὶ δὲ τὸν μῦθον καταρρεῖ.

v. 14 ἀνθρακῶδη κύκλον] cfr. Us. fr. 343 (Aët. II 20, 14): Ἐπίκουρος γήινον πύκνωμα τὸν ἥλιόν φησιν εἶναι κισσηροειδὲς καὶ σπογγοειδὲς (paulo ergo aliter quam Diogenes) ταῖς κατα- τρήσεσιν ὑπὸ πυρὸς ἀνημμένον, quod a Diogene Apolloniata sumptum est.

col. IV v. 1—3 terram quidem ab aëre sustineri Epicurus putabat, solem tamen ventis tolli eum existimasse alibi nobis non traditum est. vox ἄκρωσ αὐτὴν coniungenda est cum λεπτόν (cfr. VII col. I v. 12 λεπτήν δὲ ἄκρωσ, fr. XXXVIII col. I v. 4 μεικρῶ πάνυ, fr. II col. VI v. 11 μεικρὸν κομιδῆ).

v. 4—12] ad rem confer Lucr. V 590—603.

v. 9] cfr. Lucr. II 660 sqq. mundum variis rebus mixtum esse admonet, ne quis miretur, unde elementa vaporis ad solem veniant.

v. 13 sqq. sequitur altera explicatio, quam Lucretius tradit V, 604—609.

v. 13 εὐεμπρήστου exempli causa supplevi; vox exstare non videtur.

fr. IX de re cfr. Lucr. V 783 sqq., praecipue 805 sqq.: ex terrae uteris prodeunt infantes (810) et 816 terra cibum pueris . . . . praebebat, sucum consimilem lactis. inde βρε[φ]ώ- δους v. 8 et v. 12 βρ[εφ]ώδεις] supplevi.

fr. X col. I iam ad initia cultus humani progreditur dis- putatio. ad totum locum cfr. Lucr. V 925 sqq.

v. 1 antecessit fortasse τοῦ δὲ χρόνου προβαίν]οντος cfr. v. 14. primos homines non domus, sed speluncas et frutices et nemora incoluisse docet Epicurus. cfr. Lucr. V v. 955 sqq., Diodor. I 8, 6.

v. 8 εἶτε καὶ δοραῖς] cfr. Lucr. V 1011 inde casas postquam ac pelles ignemque pararunt, antea enim nuda corpora habebant, nocte tantum foliis se involventes (v. 970 et 954).

v. 11 de voce στρεπτός cfr. p. XXXIX.

v. 12 κασωτῶν] de hac voce cfr. p. XXXIV. vestes autem illorum hominum κασωτὰς fuisse necesse est, quia ferrea instrumenta nondum inventa erant; cfr. Lucr. V 1350 necilis ante fuit vestis quam textile tegmen et vv. sqq.

col. II v. 3 de iugo cfr. Lucr. l. c. ad verba autem προ- βαίνων ὁ χρόνος ταῖς ἐπινοίαις α. ἐ. κ. τ. ἰ. et v. 8 πάσας γὰρ ἐγέννησαν αἱ χρεῖαι καὶ περιπτώσεις μετὰ τοῦ χρόνου cfr. Lucr. V 1448 sqq. navigia atque agri culturas, moenia . . . . usus et

... *experientia mentis paulatim docuit pedetemptim progredientis* et v. 1029 *utilitas expressit nomina rerum*; Epic. ep. I 75 ἀλλὰ μὴν ὑποληπτέον καὶ τὴν φύσιν πολλὰ καὶ παντοῖα ὑπὸ αὐτῶν τῶν πραγμάτων διδαχθῆναι. eandem sententiam fert iam Xenophanes (Diels *Vorsokr.* fr. 18) οὔτοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα θεοὶ θνητοῖσ' ὑπέδειξαν, ἀλλὰ χρόνῳ ζητοῦντες ἐφευρίσκουσιν ἄμεινον. cfr. Moschionem fr. 7 p. 633 v. 18 sqq. Nauck.

v. 5 ὡς οὐδὲ ταύτας] *ad nullam artem, ut ne ad has quidem, adhibendum est numen ullum deorum.*

v. 7 οὔτε τὴν Ἀθηνᾶν παραλημπτέον et col. III 4 μήτε τὸν Ἑρμῆν παραλ.] *talia enim non curant dei, utpote qui securam vitam agant, cfr. quod Ep. ep. I 76 de stellarum motu dicit, et ep. II 97 καὶ ἡ θεία φύσις πρὸς ταῦτα μηδαμῆ παραγέσθω, ἀλλ' ἀλειτούργητος διατηρεῖσθω καὶ ἐν πάσῃ μακαριότητι.*

v. 11 de loquellae origine cfr. Ep. ep. I 75/76 et Us. fr. 334/5; Lucr. V 1028 sqq.

v. 12 parenthesis λέγω δὲ . . . . . ὧν ἐποίησαν τὰς πρώτας ἀναφθένξεις οἱ ἀπὸ γῆς φύντες ἄνθρωποι non sine causa additur. nam prima tantum vocabula φύσει orta esse, postea autem τὴν θέσιν quoque multum valuisse ad nomina rebus tribuenda Epicurus dicit ep. I 75 ὕστερον δὲ κοινῶς καθ' ἕκαστα ἔθνη τὰ ἴδια τεθῆναι πρὸς τὸ τὰς δηλώσεις ἦττον ἀμφιβόλους γενέσθαι ἀλλήλοις καὶ συντομωτέρως δηλουμένας.

col. III v. 1 cfr. vol. Hercul. coll. alt. VII col. 26 φύσει δὲ τὰς πρώτας τῶν ὀνομάτων ἀναφωνήσεις γεγονέναι λέγομεν (e libro Epicureo incerti auctoris).

v. 4 de Mercurio loquellam docente narrat Diodor. I 15/16 ὑπὸ γὰρ τούτου πρῶτον μὲν τὴν τε κοινὴν διάλεκτον διαρθρωθῆναι καὶ πολλὰ τῶν ἀνωνύμων τυχεῖν προσηγορίας.

v. 9 sqq. philosophi θέσει sermonem ortum esse rati Heraclitus erant et Democritus et Aristoteles.

col. IV τὰ τοσάδε πλήθη, scilicet ὀνομάτων, non hominum, ut ex v. 12 apparet. dicit enim eum, qui vocabula rerum inveniret, solum tantam vocabulorum multitudinem colligere non potuisse. nam, si quidem revera θέσει orta sunt vocabula, unum hominem prima finxisse consentaneum est, cum, si quis animum induxisset, ut vocabula fingeret, consilium suum verbis nondum inventis cum aliis communicare non potuerit. praeterea omnia vocabula a se inventa memoria tenere eum necesse erat, cum litteris quae nondum inventae erant ea mandare non posset (v. 12). nam litterae, inquit v. 14, ut colligerentur, opus erat etiam verbis, per quae imperaretur collectio (v. 14 usque ad fr. XI 4). quod si recte a nobis intellegitur, v. 12 neque vox βασιλέες ullum habet locum neque βιάτορες neque βάσταγες, cum de colligendis non hominibus sed vocabulis aga-

tur. mihi maxime placuerit πίνακες, i. e. tabulae sive catalogi, in quibus vocabula inscribantur.

**fr. XI** v. 1 *nam quod ad litteras attinet, etiam vocibus opus erat, ut iussu collectio earum fieret.*

**fr. XII** col. I v. 1—3 cfr. Philodem. περί εὐσεβείας p. 144 Gomperz. — κατατρέχειν τινά *persequi aliquem* cfr. Praef. p. XXXIV. ad v. 7 cfr. Ep. ep. III 123 ἀσεβῆς δὲ οὐχ ὁ τοὺς τῶν πολλῶν θεοὺς ἀναιρῶν, ἀλλ' ὁ τὰς τῶν πολλῶν δόξας θεοῖς προσάπτων.

col. II v. 8 sqq.] ad rem cfr. Diels *Vorsokr.* p. 519, 33. Protagorae vox περί μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναί οὐθ' ὡς εἰσὶν οὐθ' ὡς οὐκ εἰσὶν οὐθ' ὅποιοί τινες ἰδέαν; sed etiam in breviorē formulam redacta ita tradebatur, ut tertium sententiae membrum omittetur. cfr. Diels l. c. p. 513, 32 et p. 516, 32 sqq. Hanc formam etiam Diogenes praebet (v. 9/10 et v. 14 usque ad col. III v. 1).

col. III cum revera Protagoras priori sententiae opposuerit aliam, quam scriptor inde a col. II v. 14—col. III v. 1 affert, non possunt recta esse quae HK dederunt supplementa. praeterea spatium post ἐπαύσατο v. 11 finem sententiae indicare videtur. itaque ita supplevi, ut posteriorem sententiam ob eam causam tantum addidisse Protagoram ostenderetur, ut τὸ λείαν ἰταμόν prioris sententiae vitaret (cfr. col. II v. 6—8), revera autem eum eandem atque Diagoram sententiam ferre (cfr. col. II 3—5).

v. 2 ἐγχειρεῖν cum accusativo cfr. Praef. p. XLII.

**fr. XV** col. II v. 6 διὰ σπουδῆς ἔχω] ad dicendi formam conferenda sunt talia, qualia sunt διὰ μνήμης ἔχειν, διὰ τιμῆς ἔχειν, cfr. Sextum Pyrrh. I 106, 28 παισὶ σφαῖραι καὶ τροχοὶ διὰ σπουδῆς εἰσιν.

v. 9 ταυτεῖ . . . . τῆς ἐπιστολῆς ταύτης] intellegere videtur hanc epistulae partem, quae disputationi περί ἀπειρίας κόσμων antecedit.

v. 11 iamne profectus est Diogenes, ut amicos in Graecia habitantes adiret? (cfr. v. 5, 6.) Sed cfr. fr. LXV.

**fr. XVI** hoc fragmentum cur epistulae ad Antipatrum datae insererem dixi Praef. p. X.

col. I v. 3 sqq. de vano metu poenarum apud inferos solvendarum cfr. Us. fr. 341 et Sen. ep. 24, 18 *non sum tam ineptus ut Epicuream cantilenam hoc loco persequar et dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rota volvi nec saxum umeris Sisyphi trudi in adversum nec ullius viscera et renasci posse cotidie et carpi.* cfr. Lact. div. inst. III 17, 42 et VII 7, 13 (apud Us. l. c.). in universum autem de contemnenda morte inprimis cfr. Ep. ep. III 124 sqq. et κυρ. δόξ. II.

v. 9 τὴν μύδησιν cfr. Lucr. III 870 sqq. *proinde ubi se videas hominem indignarier ipsum, post mortem fore ut aut putescat corpore toto aut e. q. s.*

**fr. XVIII** col. I ante v. 1 tale quid periisse putat User: *ἐπειδὴ δὲ τὸ μέλλον ἄπιστόν] ἐστιν sive ὑπουλόγ] ἐστιν, HK: ἐπειδὴ δὲ μέλλειν οὐκ ἔξ] ἐστιν. magis mihi tale quid placuerit: ...καίπερ εἰδῶς ὅτι τοῦτο χαλεπὸν] ἐστιν διὰ τὸ κτλ., ut verba ἐν τοῖς πράγμασι ποικίλως ἄστατον ad eas res quas tractaturus sit referantur, et verba τὸ ἔμὸν ἔξωθε γῆρας significant, scriptorem senectute iam nimis confectum esse quam ut tam difficilem rem tractet.*

col. II v. 2 ἐναρθρότερος] *clarior, dilucidior.*

col. III v. 2 sqq. τὸ ἴσον τῷ κἂν παρῶν ὠμολόγεις. *toti sententiae articulus praerponitur etiam fr. LXIII col. II 8 cfr. Praef. p. XLVI.*

v. 13 cfr. Epic. ep. I 45 ἀλλὰ μὴν καὶ κόσμοι ἄπειροί εἰσιν et fr. 301, Lucr. II 1048 sqq.

**fr. XX** demonstratur atomos infinitas esse. nam nisi ita esset, ne hunc quidem mundum orturum fuisse. cfr. Ep. ep. I 42 (Us. p. 7) εἴ τε γὰρ ἦν τὸ κενὸν ἄπειρον, τὰ δὲ σώματα ὠρισμένα, οὐδαμοῦ ἂν ἔμενε τὰ σώματα, ἀλλ' ἐφέρετο κατὰ τὸ ἄπειρον κενὸν διεσπαρμένα, οὐκ ἔχοντα τὰ ὑπερείδοντα καὶ στέλλοντα κατὰ τὰς ἀνακοπὰς (h. e. quod Diog. dicit ἐκ τῶν πλαγίων. nam plagis efficiuntur motus obliqui atomorum cfr. Ep. ep. I 1, 61 οὐθ' ἢ ἄνω οὐθ' ἢ εἰς τὸ πλάγιον διὰ τῶν κρούσεων φορὰ οὐθ' ἢ κάτω διὰ τῶν ἰδίων βαρῶν). — qua demonstratione opus erat ad demonstrandam infinitatem mundorum. nam atomi si infinitae sunt, fieri non potest, quin mundi quoque innumerabiles sint. cfr. Ep. ep. I 45 (Us. p. 9 v. 4 sqq.) ἀλλὰ μὴν καὶ κόσμοι ἄπειροί εἰσιν οἱ θ' ὅμοιοι τούτῳ καὶ οἱ ἀνόμοιοι. αἶ τε γὰρ ἄτομοι ἄπειροί οὔσαι, ὡς ἄρτι ἀπεδείχθη, φέρονται καὶ πορρωτάτω. οὐ γὰρ κατανήλυνται αἱ τοιαῦται ἄτομοι, ἔξ ὧν ἂν γένοιτο κόσμος ἢ ὑφ' ὧν ἂν ποιηθεῖν, οὐτ' εἰς ἓνα οὐτ' εἰς πεπειρασμένους κτλ. (cfr. Lucr. II 1067 sqq.).

col. I v. 14 ἄτομοι φύσεις cfr. fr. V (HK 42) col. II 11 et Ep. ep. I 41 ἀτόμους σωματῶν φύσεις.

col. II v. 2 ἀσυνέλευστοι] Apollon. de pronom. p. 57 A et 144 C et de constr. p. 304, 8 ἀσυνελεύστους appellat duas voces (ut ἔμοι αὐτῷ) *non convenientes* (ἐμαυτῷ) sed separatas.

v. 3 μετὰ αὐτάς, i. e. a tergo earum, post extremas atomos.

v. 9 πῶς ἀπογεννήσωσι coniunctivus deliberativus, ut fr. XXIX (HK 63) col. I 3 Ζητοῦμεν πῶς ὁ βίος ἡμεῖν ἠδὺς γένηται.

**fr. XXI** col. I v. 10 verba πότερα γὰρ postea col. II v. 13 excipi cognoverunt HK. — de terra priore columna quin agatur

vix dubitari potest, praesertim cum col. II v. 13 legamus ἢ τοῦτο μὲν οὐ φατε, μίαν δὲ τινα γῆ[v ... atque omnia in secunda columna cum quadrent ad Xenophanem, columnae prioris quoque partem infimam ita supplevi, ut eius sententia et nomen afferatur.

v. 10 sqq. cfr. Xenoph. fr. 28 Diels γαίης μὲν τόδε πείρας ἄνω παρὰ ποσσὶν ὀράται ἡέρι προσπλάζον, τὸ κάτω δ' ἔς ἄπειρον ἰκνεῖται.

v. 14—col. II v. 3 (τὴν γῆν) ἔνθεν ἀρχομένην εἰς τὴν κάτω ζώνην ἐπ' ἄπειρον ἐκτείνετε] cfr. ad v. 10 et Aristot. de caelo B 13, 294 a 21 (Diels Vors. p. 48) οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναι φασιν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι λέγοντες, ὡσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος κτλ., quam opinionem iam Empedocles huic vitio dat (Diels Vors. p. 196) cfr. etiam fr. 28.

col. II v. 5 scriptor hanc doctorum et indoctorum opinionem ipse probare videtur, quasi unice vera sit, non tamen accurate secutus magistrum, cum is etiam fieri posse existimet, ut sidera non sub terra cursum pergant sed exstinguantur rursus-que accendantur, cf. Ep. ep. II 95 et Lucr. v. 650—679.

v. 9 ἐξάγοντες δὲ τὸν ἥλιον ἔξω τοῦ κόσμου πρὸς τὸ πλάγια κτλ.] i. e. solem ad latus praeter terram transducunt recta linea. fortasse Xenophanis sententiam in animo habet fr. A 41 Diels ὁ δ' αὐτὸς (Xen.) τὸν ἥλιον εἰς ἄπειρον μὲν προιέναι, δοκεῖν δὲ κυκλεῖσθαι διὰ τὴν ἀπόστασιν. obstat tamen, quod v. 12 non alium cotidie sed eundem solem in mundum inducentes fingit adversarios. fieri etiam potest, ut de Anaximene cogitet, cfr. fr. A 7 § 6 Diels et A 14.

Restat ut de loco quem habuerit hoc fragmentum in disputatione περὶ ἀπειρίας κόσμων loquamur. atque hoc mihi videtur veri simillimum esse. cum iam probatum sit, infinitas atomos esse (fr. XX), nunc demonstratur ex infinitis atomis infinitos mundos oriri necesse esse, et scriptor hic cum iis pugnat, qui argumentis convicti illud quidem iam non negant, infinitas esse atomos, hoc tamen nondum concedunt, infinitos esse mundos. Itaque inde a col. I v. 7 hoc modo argumentatur: si mundorum innumerabilitatem concedere non vultis, necesse est (scilicet ut tota moles atomorum infinitarum absumatur) vos sumere terram infinitam esse, quod iam Xenophanes voluit tum autem apparet sidera terram in orbem circumferri non posse; itaque hoc quoque sumere necesse est solem (et omnia cetera sidera) in latus tellurem praeterire. hoc autem si vobis credi non posse videtur, fortasse unam terram, quia infinita esse debeat, exstare non posse arbitrati potius duas esse terras putaveritis (col. II v. 13 ἢ τοῦτο μὲν οὐ φατε, μίαν δὲ τινα γῆ[v.....] δύο[o....]). sed facile videri potest,

ne duabus quidem terris finitis immensam multitudinem atomorum consumi, sed harum utramque non minus infinitam magnitudinem habere credendum esse quam illam unam. atque ita progredientes videbitis nullum finitum terrarum mundorumque numerum conficere immensam molem atomorum. Infinitos ergo mundos esse necesse est. — tali modo Epicurus quoque innumerabilitatem mundorum probasse videtur. cfr. quae brevibus verbis dicit ep. I 45 (Us. p. 9 v. 6 sqq.): οὐ γὰρ κατανήλυνται αἱ τοιαῦται ἄτομοι, ἔξ ὧν ἂν γένοιτο κόσμος ἢ ὑπ' ὧν ἂν ποιηθείη, οὐτ' εἰς ἓνα οὐτ' εἰς πεπερασμένους, οὐθ' ὅσοι τοιοῦτοι οὐθ' ὅσοι διάφοροι τούτοις· ὥστε οὐδὲν τὸ ἐμποδοστατήσόν τ' ἔστι πρὸς τὴν ἀπειρίαν τῶν κόσμων.

**fr. XXII** titulus disputationis ethicae. ad ea quae supplevi cfr. fr. XXIX (HK 63) et quae dixi p. XV.

**fr. XXIII** col. I v. 1—8 dicit contra eos qui ex philosophia sibi pecuniam honoresque faciant (πολλοὶ γὰρ χρημάτων καὶ τειμῶν ἕνεκ]εν versui primo antecessisse putat U.). non tamen omnino Epicurus vetuit sapientem tali modo sibi pecuniam parare, cum diceret καὶ μόναρχον ἐν καιρῷ θεραπεύσειν (τὸν σοφόν) (fr. 577 Us.) et χρηματίσεσθαι τε (τὸν σοφόν), ἀλλ' ἀπὸ μόνης σοφίας, ἀπορήσαντα (fr. 567 Us.). sed in univ. quidem sapientem vitare regum aulam docuit, cfr. illud λάθε βιώσας et Wotke *Wien. Stud.* X s. 67 ἐλεύθερος βίος οὐ δύναται κτήσασθαι χρήματα πολλὰ διὰ τὸ τὸ πρᾶγμα<μῆ> ῥάδιον εἶμαι χωρὶς θητείας ὀχλῶν ἢ δυναστῶν κτλ.

col. II v. 1 τὸ ἐπιζητούμενον ὑπὸ τῆς φύσεως . . . τέλος]. similibus verbis utitur Polystratus περὶ ἀλόγου καταφρονήσεως col. IX b, v. 6 sqq. (p. 17 ed. Wilke) διώκω[μεν] συμφώνω[ς] . . . ἡ φύσις ἡμῶν αὐτ[ῆ] ζη]τεῖ τέλος et col. XXIIIa 7 sqq (p. 31 Wilke) παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι διαγνῶναι, τί ἡ φύσις ἡμῶν αὐτῆ ζητεῖ τέλος καὶ ἐκ τίνων τοῦτο συμπληροῦσθαι πέφυκεν. cfr. etiam Cic. de fin. I 7, 23 *confirmat* (Epicurus) *autem illud vel maxime quod ipsa natura, ut ait ille, seiscat et probet, id est voluptatem et dolorem* (et I 9, 30) cfr. etiam Us. fr. 260 et Ep. ep. III § 129 (Us. p. 63, 1).

v. 3. verba τί δ' ἔστι τοῦτο, ὅτι τε μήτε πλοῦτος αὐτὸ δύναται παρασχεῖν μήτε δόξα κτλ. quid habeant offensi non video (HK p. 434 in his verbis offendunt.). dicit enim scriptor demonstrare se velle primum quid sit illud τέλος, deinde neque divitiis neque honoribus neque aliis rebus illud comparari posse sed philosophia sola.

v. 4 sqq. non satis esse divitias ad beatam vitam comparandam secundum Epicurum notum est. cfr. Us. fr. 548 τὸ εὐδαιμον καὶ μακάριον οὐ χρημάτων πλῆθος οὐδὲ πραγμάτων ὄγκος οὐδ' ἀρχαί τινες ἔχουσιν οὐδὲ δυνάμεις, ἀλλ' ἀλυπία καὶ πραότης

παθῶν καὶ διάθεσις ψυχῆς τὸ κατὰ φύσιν ὀρίζουσα; cfr. fr. 470 πρὸς μὲν <τὸ> τῆς ψυχῆς ἀξιόλογον ταραχὴν λύειν οὐδὲν ἰσχύειν οὐδ' ὁ πᾶς πλοῦτος συναχθεὶς et Wotke l. c. sent. 81 οὐ λύει τὴν τῆς ψυχῆς ταραχὴν οὐδέ τιν' ἀξιόλογον ἀπογεννᾶ χαρὰν οὔτε πλοῦτος ὑπάρχων ὁ μέγιστος οὐδ' ἢ παρὰ τοῖς πολλοῖς τιμὴ καὶ περίβλεψις οὔτ' ἄλλο τι τῶν παρὰ τὰς ἀδιορίστους αἰτίας et Horatii libri II carm. XVI v. 9 sqq.

v. 8 sqq. ne epularum quidem et Veneris voluptates beatam efficere vitam Epicurus docet ep. III § 132 (Us. p. 64) οὐ γὰρ πότοι καὶ κῶμοι συνείροντες οὐδ' ἀπόλαυσις παιδῶν καὶ γυναικῶν οὐδ' ἰχθύων καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα φέρει πολυτελῆς τράπεζα, τὸν ἡδὺν γεννᾶ βίον.

col. III. in supplenda columna ansam praebent et lineolae initio versus subscriptae, quippe quae finem sententiarum indicent, et spatia post μεν (v. 3), μεθα (v. 9), θα (v. 13) relicta. Etiam lineola incurva (v. 12) usui est. neque enim plane eadem vi videtur esse atque lineola recta, quod putant Heb. et Kal. (p. 353), si acrius inspicis tres illos locos, quibus de contextu diiudicari potest. (fr. I (HK 59) col. II, 4; fr. XXI (HK 46) col. II, 9; fr. XXV (HK 66, 67) col. IV 11). nam illis locis ita adhibitae sunt, ut finem periodi interiectae et progressum orationis quodam modo remorantis significant. Quod quamquam maxime fr. I (HK 59) apparet, ubi magna parenthesis finitur, tamen ceteris quoque locis nos fugere non potest, quibus brevior est colon interiectum (fr. XXI (HK 46) χαίρειν μὲν πᾶσιν λέγοντες ἰδιώταις τε καὶ φιλοσόφοις, οἱ δοκοῦσιν . . . ἀστέρων, ἐξάγοντες δὲ κτλ. et fr. XXV (HK 66/67) col IV, 11 οὐ δὴ . . . ποιοῦνται τὴν πρόνοιαν, καταλιποῦσαι . . . γεγέννηται, ἀλλὰ . . . πράττουσι. sic hic quoque v. 12 interpositae sententiae finis indicatur.

v. 13/14 ita supplevi, ut fr. XXIV col. III v. 6 huc referatur μόνον δ' ἀξιῶ, ὡς καὶ ἔνανχος, κτλ.

fr. XXIV col. I v. 1 fortasse de talibus hominibus locutus erat scriptor, qui nunc quidem contemnerent philosophiam Epicuri, mox autem procedente tempore ad illam transituri essent (οἱ χρόνοι [αὐτοὺς] παραστήσονται).

v. 5 οἶκοι καθημένους.] senio enim confectus est cfr. fr. II col. II v. 7 sqq.

v. 7 cfr. fr. II col VI v 1.

v. 8 μὴ πᾶσιν τοῖς ἐνταῦθα οὔσιν] τοὺς εὐσυνκρίτους αὐτῶν adiuvare se velle dicit fr. I col. II 14 (cfr. fr. II col. III v. 4).

v. 12 sqq. cfr. fr. II col. V v. 4 et fr. LXII v. 1.

col. II v. 3—11 hoc Cynicis et Stoicis placuit. cfr. exempli causa Musonium p. 42, 1 ed. Hense: τί δ' οὐχὶ κοινὴ πατρις ἀνθρώπων ἀπάντων ὁ κόσμος ἐστὶν ὡσπερ ἡξίου Σωκράτης; ubi



Hense revocat nos ad Cic. Tusc. V 37, 108; Plut. de exil. p. 600 F; Epict. diss. I 9, 1; Sen. dial. VII 20, 5, IX 4, 4, ep. 28, 4. adde Cic. de div. I 57, 137 *cum domus sit omnium una eaque communis*. fortasse iam Epicurum ipsum ex hac sententia praeceptum suum derivasse, quo docet μή πολιτεύεσθαι τὸν σοφόν, arbitratur Usener. sed ex omnibus quae habemus de hac re testimoniis (Us. fr. 8 et 9, 552 sqq) apparet, ideo tantum sapientem Epicureum abstinere a gerenda re publica, ne molestias habeat. itaque illis, quibus nimia cupido inest honoris et potentiae, Epicurus plane suadet, ut administrent rem publicam, quia si cupiditatem suam coercerent, ex otio ipso etiam maiores iis exorirentur molestiae (fr. 555 et 557). quod vix suaderet, si sapientem ob eam causam, quia civis universi esset, rem publicam vitandam esse censeret. mihi quidem magis videtur hoc praeceptum illis temporibus, quibus ex omnibus disciplinis, quodcumque placeret, eligeretur, in disciplinam Epicuream transmanasse. quamquam concedendum est nihil eorum quae Epicurus docuit cum hoc placito pugnare.

v. 11 συναρπάζω οὐδένα μαρτυρεῖν προ ὡστε μαρτυρεῖν dici videtur, cfr. Praef. p. XLV. verbum συναρπάζω hac significatione *capere animum eius qui audit* dicitur etiam ab Anonymo in Arist. Rhet. ed. Ac. Ber. tom. XXI, 2 p. 46, 4 (συναρπάζεται ὁ ἀκροατής) et a Stephano in Arist. Rhet. ed. Ac. Ber. XXI p. 299, 8 (συναρπάζειν τὸν ἀκροατήν).

col. III v. 1 τοῖς λέγουσι, quae proxime ad reliquias servatas accedunt, nullo modo recta esse possunt. Nam scriptor animum eorum qui legunt eo tantum modo capere (συναρπάζειν) potest, ut concedant ea vera esse quae ille ipse dicat, non ea quae alii dicant.

v. 2 exempli causa scripsi ἐδογμάτισα. hoc scriptorem dixisse puto, se nihil affirmare nullis additis argumentis.

v. 4 περιθεωρεῖτε i. e. ab omnibus partibus, acute considerare et examinare.

v. 6/7 ὡς καὶ ἔνανχος] fortasse inde a fr. XXIII col. III v. 13.

v. 10 ἐπιστάναι scripsi; iam Heb. et Kal. p. 433 ἐφεστάναι a se suppletum dubitant num rectum sit, quod Diogenes semper longiore forma ἐστηκέναι utatur. ἐπιστάναι τινί *animum convertere in aliquid* inde ab Aristotele non insolens est. cfr. Praef. p. XXXIII.

v. 13 ἐπιστρέφοντας intransitive scilicet dictum, ut saepe posteriore aetate. scriptor monet cives suos, ne confuse et permixte (ποικίλως) tum hanc tum illam in partem inscriptionis convertant oculos, ut praetereuntes facere solent et otio tabescentes homines, sed ut ab initio ex ordine omnia legant.

fr. XXV col. I. praefatione finita, qua se de summo bono acturum esse promisit, (fr. XXIII col. II et III) nunc primum adversariorum (Stoicorum) falsas opiniones dissipat, qui virtutes summum bonum esse censent.

v. 2/3 *περί μὲν τῆς ἀφοσύνης*] antea fortasse commemoravit Stoicorum illam de sapientibus et stultis doctrinam, qua omnes qui sapientiae expertes sint, stultorum in numero habendos esse censent.

v. 12 *ὁ δὲ καὶ ἀληθὲς ἐτύγχανεν*] vox *ἄν* non desideratur (HK p. 437) cfr. ad fr. IV col. I v. 12. revera enim verum est, sive negant illi sive affirmant. cfr. talia qualia sunt *δίκαιον ἦν, εἰκόσ ἦν*.

col. II v. 1 *συνομογνωμονεῖν* alibi exstare non videtur.

v. 7 *καὶ οὐ . . . . ὀρέγεται*] ante οὐ subaudienda est vox τοῦτο (Heb. et Kal. p. 434 haec aliter intellegere videntur). exempli causa affero Ep. ep. II 116 (Us. p. 55 v. 7 sqq.) οἱ δὲ ταῦτα μὴ καταγαπήσαντες ἢ μάλιστα οὐτ' ἂν αὐτὰ ταῦτα καλῶς συνθεωρήσαιεν οὔτε οὐ ἔνεκεν δεῖ θεωρεῖν ταῦτα περιποιήσαντο (i. e. οὔτε τοῦτο περιποιήσαντο οὐ ἔνεκεν δεῖ θεωρεῖν ταῦτα).

v. 8 cfr. ad fr. XXIII col. II v. 1. — *κατὰ τὸ ἔσχατον* cfr. ad fr. XXXV col. II v. 9 sqq.

v. 9 sqq. ad rem cfr. Ep. ep. III 128—129 *καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἡδονὴν ἀρχὴν καὶ τέλος εἶναι λέγομεν εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν* et Us. fr. 397 sqq.

v. 11 sqq. *πᾶσιν Ἑλλησι καὶ βαρβάροις μέγα ἐνβοῶν*] Putaveris Diogenem eundem scriptorem ante oculos habuisse atque Ciceronem, qui de fin. II 15, 49, cum de eadem re agat, hoc dicit: *philosophus nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est, honestum quid sit, si id non sit in voluptate, negat se intellegere, nisi forte illud, quod multitudinis rumore laudetur.*

v. 13 *μέγα ἐνβοῶν*] Epicurus quoque graves voces libenter adhibet. huic similia sunt quae traduntur apud Cic. de fin. I 18, 57 *clamat Epicurus . . . non posse iucunde vivi nisi sapienter . . . .*, et Sen. de vita beata X, 1 *clare inquit (Epicurus) ac palam testor, hanc vitam, quam ego iucundam voco, non sine adiecta virtute contingere.* cfr. etiam Us. fr. 67 *μεγάλῃ τῇ φωνῇ.* voce *βοᾶν* utitur Epicurus fr. 200 *ἀφυσιολόγητον μηδὲν ἡγοῦ βοώσης τῆς σαρκὸς βοᾶν τὴν ψυχὴν.* cfr. Lucr. II 17 *nihil aliud sibi naturam latrare.*

col. III v. 1—3. Facete vult loqui: Stoici virtutibus molestias exhibent, cum eas cogant sedem mutare.

v. 6 sqq. cfr. Cic. Tusc. III 18, 42 (Us. fr. 69 Epicurus ipse loquitur in libro *Περὶ φύσεως*) *qui si virtutes ebullire volent et sapientias, nihil aliud dicent nisi eam viam, qua efficiantur eae voluptates quas supra dixi.* Virtutes secundum Epicureos

non nisi propter voluptatem appeti notum est. cfr. Diog. Laert. X 138 (Us. fr. 504) διὰ δὲ τὴν ἡδονὴν καὶ τὰς ἀρετὰς αἰρεῖσθαι, οὐ δι' αὐτὰς et Us. fr. 504 sqq. et Cic. de fin. I 13, 42 sqq.

col. IV v. 2 αὐταὶ unum rectum esse potest (αὐταὶ Heb. et Kal). non enim hic virtutibus ea opponuntur quae iis efficiuntur; nam dici non potest virtutes ipsas quidem homini usui esse, id autem quod virtutibus efficiatur (i. e. ἡ εὐδαιμονία), alium nescio quem iuvare.

v. 3—14. virtutes non alium quemquam adiuvant nisi hominem ipsum. cfr. κυρ. δόξ 31—33, 36, quibus de una e quattuor virtutibus agitur, de iustitia, eamque σύμβολον τοῦ συμφέροντος esse dicitur, cuius non participes esse bestias. cfr. etiam Hermarchum apud Porphyrr. de abstin. I 10, ubi postquam expositum est, quomodo inter homines convenerit, ne quemquam ex suis occiderent, sic oratio procedit τῶν δὲ λοιπῶν ζῴων εἰκότως οὐδὲν διεκάλυψαν φθείρειν οἱ πρῶτοι διορίσαντες ἅτε δεῖ ποιεῖν ἡμᾶς ἅτε μὴ τὸ γὰρ συμφέρον ἐπὶ τούτων ἐκ τῆς ἐναντίας ἀπετελεῖτο πράξεως, et 12 (p. 95, v. 16 sqq. ed. Nauck<sup>2</sup>) εἰ μὲν οὖν ἐδύνατο ποιήσασθαι τινα συνθήκην ὡσπερ πρὸς ἀνθρώπους οὕτω καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων ὑπὲρ τοῦ μὴ κτείνειν μηδὲ πρὸς ἡμῶν ἀκρίτως αὐτὰ κτείνεσθαι, καλῶς εἶχε μέχρι τούτου τὸ δίκαιον ἐξάγειν . . . . . ἐπειδὴ δὲ τῶν ἀμηχάνων ἦν κοινω- νῆσαι νόμου τὰ μὴ δεχόμενα τῶν ζῴων λόγον κτλ. itaque quod illic de iustitia dicitur, inter homines solos eam exstare, idem de omnibus virtutibus dici potest.

v. 14. argumentationem abruptam tali modo progressam esse puto: apparet virtutes nulli alii generi animalium prodesse nisi hominum, cui uni insunt. unde cognoscitur, σύμβολον aliquod esse virtutes inter homines pactum ad conservandum et tutandum genus humanum. non ergo virtutes ipsae τέλος sunt, sed ideo tantum coluntur ab hominibus, ut securitatem sibi parent. securitas autem una ex iis rebus est, quibus imprimis maximum bonum efficitur.

fr. XXVI contextus hic fuisse videtur: ubi demonstratum est, non virtutes esse summum bonum, sed ποιητικὰ tantum illius, summum bonum autem potius in voluptate esse, nunc scriptor priusquam ad tractandos affectus transit, iam unum adversariorum decretum refellere vult. falsam enim esse eorum sententiam, qui dicunt, homines, qui virtutes habeant, continuo etiam summo bono frui, itaque virtutes non efficere summum bonum, sed ipsas esse. qua de causa omnia ποιητικὰ αὐτῶν πρωτοχρονούντα αὐτῶν συγχρονούντα αὐτῶν μεταχρονούντα esse docet, virtutes autem in numero τῶν συγχρονούντων esse (col. IV v. 10). falli igitur adversarios, cum illam ob causam virtutes ipsas τέλος esse dicant. (talem contextum esse iam Heb. et Kal. p. 352 cognoverunt.)

col. I v. 5/6 τοῦ πάθους πλάνον. cfr. fr. XXVII v. 2 καὶ πλ[ανω]μένων θεραπεία παθῶν. — cum autem proximis columnis non de affectibus sed de virtutibus agat scriptor (col. IV), illo modo primae columnae vv. 5—9 supplendae erant.

col. IV v. 3 ἔσται τις αὐτῶν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμη] ad dicendi rationem cfr. Plut. de curios. c. 11 ἐμνήσθη ὁ δαίνα τοῦ δεινός ἐπ' ἀγαθῷ, et Polyb. II, 61, 6 τὸ δ' ἀκόλουθον καὶ τὸ τῆς ἱστορίας ἴδιον ἀφείλεν, τὸν ἔπαινον καὶ τὴν ἐπ' ἀγαθῷ μνήμην τῶν ἀξιολόγων προαιρέσεων et VI, 39, 2.

v. 9 sq. μηδὲ τὰς ἀρετὰς εἰδότας ὅτι τῶν συγχρονούντων ποιητικῶν χ. ε.] quod hic de virtutibus idem de philosophia dicitur Wotke *Wien. Stud.* X p. 193 sent. 27 ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων μόλις τελειωθείσιν ὁ καρπὸς ἔρχεται, ἐπὶ δὲ φιλοσοφίας συντρέχει τῇ γνώσει τὸ τερπνόν. οὐ γὰρ μετὰ μάθησιν ἀπόλαυσις, ἀλλὰ ἅμα μάθησις καὶ ἀπόλαυσις, et de summo bono l. c. sent. 42 ὁ αὐτὸς χρόνος καὶ γενέσεως τοῦ μερίστου ἀγαθοῦ καὶ ἀπολαύσεως (corr. Us., ἀπυλύσεως cod.). non prorsus idem sed simile est, quod dicit Epic. ep. III § 132 συμπερύκασι γὰρ αἱ ἀρεταὶ τῷ ζῆν ἡδέως καὶ τὸ ζῆν ἡδέως τούτων ἐστὶν ἀχώριστον et paulo ante (etiam κυρ. δόξ V) οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως, <οὐδὲ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως> ἄνευ τοῦ ἡδέως; unde tamen aliquo modo cognosci potest virtutes, ut natura cum voluptate coniunctae sint, ita etiam eodem tempore atque illam existere.

fr. XXVII col. I v. 14 vix aliter suppleri potest atque ἐλ[πίς]. Diogenes summum bonum quid sit secundum Epicurum enarrare videtur, quo etiam pertinet „τὸ πιστὸν ἔλπισμα“, cfr. fr. 68 Us. τὸ γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην χαρὰν καὶ βεβαιωτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις et Wotke *Wien. Stud.* X p. 193 sent. 33 σαρκὸς φωνὴ τὸ μὴ πεινῆν . . . . , ταῦτα γὰρ ἔχων τις καὶ ἐλπίζων ἔξειν κἂν Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας μαχέσαιτο.

col. II v. 1 μετ' ἐγλογῆς] τῶν ἡδέων, ut videtur. cfr. Us. fr. 515 <ἡ ἀρετὴ> περὶ τὴν ἐκλογὴν ἐστὶ τῶν ἡδέων κατ' Ἐπίκουρον et Epic. ep. III 129 πᾶσα οὖν ἡδονὴ διὰ τὸ φύσιν ἔχειν οἰκείαν ἀγαθόν, οὐ πᾶσα μέντοι <γ> αἰρετή.

v. 2 πλανωμένων παθῶν] cfr. fr. XXVI col. I v. 5 τοῦ πάθους . . . πλάνον.

v. 4 ὅπου, φημί, οὖν]. sic etiam Heb. et Kal. scribunt in contextu, sed aliud quoque proponunt ὅπου φημι οὖν sine interpunctione, quod ita explicant: *In den Fällen also, von denen ich spreche, ist sowohl e. q. s. illud mihi magis verisimile esse videtur, et maxime Diesii interpretationem probo ubi igitur (hoc repeto) periculum magnum, ibi etiam lucrum (sc. magnum).* καὶ in sententia correlativa duplicatur etiam fr. LXIII col. II 1 sq.

v. 7 sqq. fugiendas esse rationes captiosas, quae ita efficiantur, ut vox ambigua nunc hoc nunc illo modo intellegatur. tales ratiunculas Stoicis (Chrysippo) vitio dant velut Galenus de Hipp. et Plat. p. 288 Müller τῶν σοφιστικῶν (λημμάτων), ἅπερ ἐν ὁμωνυμίαις τέ τισι καὶ τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι μάλιστα συνίσταται, et p. 245, ubi exemplum affert eius modi rationis, et p. 237, 3 τὰ δὲ ὁμωνυμίαις τισὶν ἢ τοῖς τῆς λέξεως σχήμασι πεπανουρηγμένα σοφιστικά et p. 250, 8. itaque hoc loco Stoicos fortasse intellegit, qui captiosis rationibus (quas antea commemoravit) virtutes summum bonum esse efficiant. sed fieri etiam potest, ut iam longius disputatio progressa sit et Diogenes contra eos pugnet, qui voluptati maledicant, quasi Epicurei libidinosas voluptates summum bonum esse arbitrentur. (tum ὀνομάτων κοινότης (v. 11) voci ἡδονῆ inest.) quae crimina iam Epicurus repellit ep. III § 131 (Us. p. 64, 8) ὅταν οὖν λέγωμεν ἡδὸν ἠντέλος ὑπάρχειν, οὐ τὰς τῶν ἀσώτων ἡδονὰς καὶ τὰς ἐν ἀπολαύσει κειμένας λέγομεν, ὡς τινες ἀγνοοῦντες καὶ οὐχ ὁμολογοῦντες ἢ κακῶς ἐκδεχόμενοι νομίζουσιν, ἀλλὰ τὸ μῆτε ἀλγεῖν κατὰ σῶμα μῆτε ταράττεσθαι τὴν ψυχὴν. atque hoc magis crediderim; itaque proximum fragmentum huc rettuli.

v. 10 προπηλακιστῆς apud Hesychium sub voce προπηλακισμός explicatur (vox ipsa προπηλακιστῆς omissa est, ut vidit Heinsius) φιλόνεικος, κολακευτῆς, ὕβριστικός, ἄδικος. alibi vox exstare non videtur.

**fr. XXVIII** col. I et II agitur de rebus eligendis et fugiendis. nec enim semper secundum Epicurum voluptates eligendae et molestiae fugiendae sunt (cfr. Ep. ep. III § 129). hoc loco de molestiis agitur et explicatur, saepe molestiarum fructus post longum demum tempus capi posse (semper igitur τὴν ἡδονὴν τὸ τέλος εἶναι).

**fr. XXIX** col. I modo incohavit scriptor secundum caput disputationis (si fr. XXVIII huic recte antepositum est, illo fr. col. II v. 10). postquam priore capite exposuit voluptatem summum bonum esse, nunc demonstrare studet, quomodo vitam voluptatum plenam assequamur.

v. 4 ἐν τοῖς καταστήμασι καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν] Epicurus voluptates dividit in ἡδονὴν καταστηματικὴν et τὴν ἐν κινήσει, cfr. Us. fr. 1 et 2, fr. 408 sqq. et 416 sqq. ἡδοναὶ καταστηματικαὶ secundum Epicurum sunt ἀταραξία et ἀπονία, i. e. tranquillitas status animi et corporis (fr. 2 et 450), quibus opponuntur eae quae motu aliquo animi sive corporis efficiantur (ἡδοναὶ κινήτικαί). Diogenem quoque videmus, cum περὶ καταστημάτων agat, de semovendis affectibus loqui (quibus semotis ἡδονὴ καταστηματικὴ, i. e. ἀταραξία efficitur). neque tamen quid sit ἡδονὴ καταστηματικὴ eum recte intellexisse ex eo apparet,

quod τοῖς καταστήμασι ὀρρονί τὰς πράξεις (v. 4—6). nam si dicit se quaerere quomodo vita nostra et in his et in illis beata fiat, dubium non est, quin καταστήματα et πράξεις ad otia et negotia, qualia in vita hominum exstant, referat, non ad statum et motum animi et corporis, unde revera ambae illae voluptates nomen acceperunt.

v. 9 ἐκείνο τηροῦντες τὸ δὴ ὄτι] i. e. tenentes decretum illud magistri. De re cfr. Cic. de fin. I 11, 37 *in omni re doloris amotio successionem efficit voluptatis* et postea *non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem et voluptatem*.

v. 12 τὰ ἡδοντα] cfr. Praef. p. XXXIII. vox apud Epicurum ipsum nondum invenitur.

v. 13 ἀντιπαρέρχεται] *in dolorum locum succedunt voluptates*. vox ἀντιπαρέρχεσθαι hanc vim alibi habere non videtur.

v. 14 sqq. τὰ οὖν ὄχλοῦντα τὴν ψυχὴν τίνα ἐστίν; φόβοι . . . ὁ μὲν ἐκ θεῶν, ὁ δ' ἀπὸ θανάτου, ὁ δ' ἀπ' ἀλγηδόνων, ἐπιθυμία. cfr. qui a Torquato Epicureo apud Ciceronem de fin. I 18, 59 enumerentur morbi animi: cupiditates immensae, aegritudines hominum non intellegentium nihil dolendum esse animo, quod sit a dolore corporis praesenti futurove seiunctum (= φόβος ἀπ' ἀλγηδόνων), timor mortis, superstitio. prorsus eandem partitionem molestiarum animi habes etiam Epic. κυρ. δόξ. X εἰ τὰ ποιητικὰ τῶν περὶ τοὺς ἀσώτους ἡδονῶν ἔλυε τοὺς φόβους τῆς διανοίας τοὺς τε περὶ μετεώρων καὶ θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, ἔτι τε τὸ πέρασ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐδίδασκεν, οὐκ ἄν ποτε εἴχομεν ὅτι ἐμεμπάμεθα αὐτοῖς. cfr. etiam Vol. Herc. coll. I tom. III col. XXIV 3 sqq. κα[ι] πάλ[ιν] ἐκστατ[ικ]ῆ] [φ]ρίκη θεῶν [κ]αὶ θανάτου καὶ [ἀ]λγηδόνων καὶ τῶν ταύτας παρασκευάζειν δοξαμένων. etiam apud Porphyg. ad Marc. 29 p. 293, 4 ed. Nauck<sup>2</sup> (Us. fr. 485) hanc effectuum enumerationem habes bipertitam ἢ γὰρ διὰ φόβον τις κακοδαιμονεῖ ἢ δι' ἀόριστον καὶ κενὴν ἐπιθυμίαν.

Sequentis disputationis pleraque perierunt, sed verisimile est scriptorem de metu deorum talia dixisse qualia Epicurus κυρ. δόξ. 1 et alibi, deos neque mundum administrare neque omnino homines curare, cum minime debeat putari eos πράγματα ἔχειν; de metu mortis talia qualia inveniuntur κυρ. δόξ. 2, de metu dolorum qualia κυρ. δόξ. 4, de cupiditatibus qualia κυρ. δόξ. 3, 30 alibi.

col. II v. 9 αὐται] scil. φόβοι καὶ ἐπιθυμία.

fr. XXX agitur de metu deorum. duo genera metus discernuntur, metus explanatus (τετρανωμένος), quo affecti sumus, si rem ipsam et causam, cur eam timeamus, plane cognovimus, et metus non explanatus (ἀτράνωτος), qui ille esse vi-

detur, quo affecti sumus, si neque rem ipsam neque causam, cur eam timeamus, satis cognitam habemus.

v. 3 de τρανώ (cfr. fr. XXI col. I v. 9) videatur Praef. p. XXXVI.

v. 10 de metu inani, qui oritur, si quid ratione non cognitum est, cfr. Epic. ep. I 81, qui eadem de re, de metu deorum et mortis haec dicit ἐπὶ δὲ τούτοις . . . . ἐκείνο δεῖ κατανοεῖν, ὅτι τάραχος ὁ κυριώτατος . . . γίνεται ἐν τῷ ταῦτα μακάριά τε δοξάζειν καὶ ἄφθαρτα καὶ ὑπεναντίας ἔχειν τούτῳ βουλήσεις . . . . , καὶ ἐν τῷ αἰώνιον τι δεινὸν αἰεὶ προσδοκᾶν . . . κατὰ τοὺς μύθους εἶτε καὶ αὐτὴν ἀναισθησίαν τὴν ἐν τῷ τεθνάναι φοβουμένους . . . , καὶ ἐν τῷ μὴ δόξαις ταῦτα πάσχειν ἄλλ' ἀλόγῳ γέ τιμι παραστάσει. cfr. etiam Lucretii notissimos versus l. II v. 55 sqq. de vano motu puerorum.

v. 11 sqq. mens versatur ad aliam aliquam naturam (scil. atque ignem), quae non ἐκ φανεροῦ est, sed ἐνδεδυμένη; quam cum mens illustrare non possit, metu afficimur, cfr. Lucr. I 151 sqq. ὑποφωτίζειν *paulum illustrare*, alibi exstare non videtur.

**fr. XXXI** cum metu deorum arte coniunctus est metus fati. itaque ne fatum quidem esse probare studet scriptor (cfr. fr. XXXIII). et cum fatum esse ex divinatione Stoici efficiant (cfr. fr. XXXIII col. II 1), nunc, ut fatum tollat, etiam divinationem nullam esse ostendit.

col. I v. 3 sqq. ad rem cfr. Diog. Laert. X 135 (Us. fr. 27) μαντικὴ οὔσα ἀνὸνπαρκτος, εἰ καὶ ὑπαρκτή, οὐδὲν παρ' ἡμᾶς ἡγητέα τὰ γινόμενα et fr. 395.

v. 10 fortasse scriptor divinationem definivit (ὀρίζομαι), ut Chrysippi definitionem legimus apud Cic. de divin. II 63, 130.

**fr. XXXIII** col. I sensum quidem et constructionem quin recte intellexerim non dubito, quamvis de singulis verbis dubitari possit. dicit scriptor, quod antea de divinatione dictum sit qui non credat, illum adiuvari non posse, sed semper eum in errore mansurum esse; qui autem credat illud, eum etiam omnia illa quae de necessitate dicantur valde dubia et incerta iudicaturum esse; nam argumentis, quibus divinatio efficiatur, et ipsa divinatione sublatis nihil aliud relinqui, quo necessitatem esse probari possit.

v. 9 ἄστατα] *dubia* cfr. fr. XVIII col. I v. 2/3.

col. III v. 3 sqq. de Democriti sententia cfr. Diels *Vors.* p. 301 fr. 66—68.

v. 10 ἐνθεν δὲ φαίνεσθαι κατηνανκασμένως πάντα κεινείσθαι] sententia tota sic intellegenda est: si quis Democritum secutus atomis nullum inesse liberum motum dicat, inde autem apparere omnia (non omnia atoma, sed omnia quae fiant) necessi-

tate moveri, contra illum dicamus..... quod coniectum est ab Austriacis ἐνερθεν δὲ φαίνεσθαι καθηνακασμένως πάντα κεινείσθαι vix rectum esse potest, quod, quamvis dubium sit qualem motum atomi Democriti per se habeant, id quidem certum est, omnes atomos sursum ferri eum non putavisse. accedit, quod sententia antecedenti Diogenes adversarium fingit dicentem, atomis liberum motum non inesse propter collisionem, i. e. quod atomi inter se collisae certam in viam trudentur, dum iterum ad alias allidantur, iterumque aliam viam facere cogantur. hac igitur in re si cernitur necessitas, quomodo sententia proxima dici potest omnia necessitate ἐνερθεν κεινείσθαι, et quomodo nova haec affirmatio priori voce δὲ ὀππὸν potest?

col. III v. 3—7 cfr. Cic. de nat. deor. I 25, 69 (Us. fr. 281 p. 201, 15) *Epicurus invenit quomodo necessitatem effugeret, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et gravitate directo deorsus feratur, declinare paululum. sola declinatione atomorum liberam voluntatem servari dicit Lucr. II 251—293.*

v. 8 quomodo Epicurus declinationem atomorum ex eis rebus quae oculis videntur probaverit, nescimus (nisi forte ex ipsa libera voluntate, quam animalibus inesse apparet cfr. Lucr. l. c.).

v. 10—14 cfr. Us. fr. 378 καίτοι ὁ μὲν Ἐπίκουρος ἀμῶς γέ πως στρέφεται καὶ φιλοτεχνεῖ τῆς ἀδίου κινήσεως μηχανώμενος ἐλευθερῶσαι καὶ ἀπολῦσαι τὸ ἐκούσιον ὑπὲρ τοῦ μὴ καταλιπεῖν ἀνέγκλητον τὴν κακίαν.

**fr. XXXIV** intramus in caput de metu mortis. pugnat scriptor contra eos qui animam post mortem permanere putant et hic maxime contra eos, quibus ex alio in aliud corpus transmigrare animam placet, Pythagoram et (fr. XXXV) Empedoclem.

**fr. XXXV** col. I, II sententiam hanc esse puto: scriptor refutat Empedoclis sententiam, qui animas ex alio in aliud animal transire docet, cum dicit animas, si ex alio in aliud animal transeant, necesse esse etiam per se solas vivere posse; eo enim ipso tempore, cum transeant, eas corpore solutas per se solas vivere. nam si Empedocles iis illo transeundi tempore animalis naturam non attribuat, rem eius (Empedoclis) etiam peius se habere (v. 1—6. fortasse iam antea accuratius hac de re locutus est). sin autem animae quolibet modo animalis naturam sine corpore habent — nam aliquo modo eas illam naturam habere necesse est —, cur Empedoclem tum animas ex alio in aliud animal transducere? (v. 6—14). aut enim



(col. II v. 4—14) simpliciter animas per se solas immortales reddere oportere transitiones illas praetermittentem, . . . . aut (si immortales per se ipsas non reddantur) ne transitiones quidem illas credi posse (quod supra probatum est), immo potius tum animas post mortem statim interire credendum esse. — tota igitur oratio Diogenis illuc pertinet: transitiones ut efficiat Empedocles animas necesse est per se ipsas vivere posse concedat (nam, si quidem transeunt, eo ipso tempore, cum transeunt, nimirum per se vivunt); sin autem per se ipsas vivere possunt, supervacaneae sunt illae transitiones multoque simplicius animas per se ipsas immortales redderet.

v. 8 ἐαυτῷ pro σεαυτῷ, quod nihil habet offensionis, his tamen in fragmentis non nisi hic invenitur, siquidem recte verba suppleta sunt.

col. II v. 4—14 unam in sententiam verba comprehendi. *aut enim animas per se solas immortales te reddere oportet, aut si transitiones illas nobis narrabis, tibi quidem non credemus (immo potius eas si per se manere non possunt, post mortem interire arbitrabimur).*

v. 9—12 ἵνα σου τὸ πανέσχατον σευμότερον ὑπήρχε [τὸ ψεῦσμα] *ut postremum mendacium tuum honestius esset.* hoc postremum mendacium est placitum illud Empedoclis, animas ab infimis animalibus ad superiora gradatim ascendentes postremo ad deos pervenire, quod ipsum suo exitio quasi in deorum coetum sublatum confirmasse fabula erat. itaque talia iam antea col. II v. 1—3 posita fuisse verisimile est. Empedoclem autem irridens scriptor dicit hoc mendacium honestum etiam honestius esse, si omnino animas per se immortales redderet. an ὑπήρχετο scribendum est? *ut mendacium tuum postremum honestius initium habiturus esset.*

**fr. XXXVI** col. I sqq. adhuc de anima agitur post mortem non permanente; refelluntur Stoici inde a v. 13.

col. I ostendi videtur animam sine corpore per se (μονομένη) exstare non posse. cfr. Ep. ep. I 65 (Us. p. 21, 8 sqq.) et Lucr. III v. 434—444, 565—579.

col. II v. 2—12 Chrysippi sententia est, cfr. Diog. Laert. VII 157, Arium Didymum Doxogr. p. 471, 18 sqq. Diels τὴν δὲ ψυχὴν γενητὴν καὶ φθαρτὴν λέγουσιν (sc. οἱ Στωικοί). οὐκ εὐθὺς δὲ τοῦ σώματος ἀπαλλαγείσαν φθείρεσθαι, ἀλλ' ἐπιμένειν τινὰς χρόνους καθ' ἑαυτὴν: τὴν μὲν τῶν σπουδαίων μέχρι τῆς εἰς πῦρ ἀναλύσεως τῶν πάντων, τὴν δὲ τῶν ἀφρόνων πρὸς ποσοῦς τινὰς χρόνους. τὸ δὲ διαμένειν τὰς ψυχὰς οὕτως λέγουσιν, ὅτι διαμένομεν ἡμεῖς ψυχὰι γενόμενοι τοῦ σώματος χωρισθέντες καὶ εἰς ἐλάττω μεταβαλόντες οὐσίαν τὴν τῆς ψυχῆς, τὰς δὲ τῶν ἀφρόνων καὶ ἀλόγων ζῶων ψυχὰς συναπόλλυσθαι τοῖς σώμασι.

col. III v. 5 κᾶν τῷ λογισμῷ διαφέρωσι] scilicet οἱ μὴ σοφοί. *neque tum, si prudentia excellunt, eandem mortalitatem habent.* certum enim finem constituunt Stoici inter sapientes et stultos atque hominem quamvis prudentem nisi sapiens sit, stultum esse dicunt.

v. 9 sqq. supplementa a viris doctis proposita non probo, cum illa quidem non solum contra Stoicos sed contra omnes, qui animam non cum corpore interire censeant, dici possint, et nimirum iam antea dicta sint (nam non contra Stoicos primos pugnat scriptor); cfr. etiam reliquias primae columnae. multo magis mihi videtur dixisse scriptor, audacis esse animas si quis semel in perpetuum permanere non posse sine corpore concedat, tamen per tempus aliquod corpori superstites esse perseverare.

**fr. XXXVII** ad quaestionem de mortalitate animae pertinere videtur.

**fr. XXXVIII** iam finitum est caput de tollendis affectibus (metu deorum, mortis, doloris, cupiditatibus) et nunc in universum de illis loquitur scriptor. omnes affectus parvi oriuntur sed crescunt ad immensam magnitudinem (usque ad col. I 7). tum demonstrat animae affectibus corporis affectus valde superari. — (Heb. et Kal. hoc fragmentum et proximum ad metum doloris pertinere volunt [p. 351]. quos ne sequamur, impedimur col. III v. 7 ἢ [δι' ἀνάγκη]ν ἢ δι' ἡδονήν, unde vides non de doloribus tantum agi, et col. I v. 1 et 11 παθῶν (non ἀλγηδόνων), col. III 8 πάθει; quod autem col. II v. 11 de doloribus solis loquitur, monendum est, eum ibi exemplum afferre, et ad hoc exemplum dolores multo aptiores esse quam voluptates. praeterea quae initio primae columnae de augescentibus affectibus dicuntur, multo magis ad cupiditates quadrant quam ad metum doloris).

col. I v. 1—7 cfr. Philodemum περὶ ὀργῆς p. 54 Gomperz de ira locutum καὶ καταρχόμενον ἀπ' ἐλαχίστου μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων ἔξοκέλλειν ποιεῖ.

v. 8sqq. cfr. Us. fr. 452. contraria docent Cyrenaici.

v. 13 ὅφ' ἕνα καιρόν cfr. Praef. p. XLII.

col. II v. 6 τὸ ζῆν ἀναιρεῖσθαι]. cfr. Epic. Us. fr. 448 Ὁ γὰρ πόνος ὁ ὑπερβάλλων συνάπει θανάτῳ. Multo igitur facilius et animi et corporis dolores simul urgentes hominem occidunt.

col. III v. 10 qualia haec sint, e quibus sapiens praestantiam animi affectuum cognoscat, ex Us. fr. 452 colligi potest. corpus enim praesentia solum sentit, animus et praesentia et praeterita et futura. cfr. et Cic. de fin. I 17, 55; Tusc. V 33, 96.

v. 10 ἀποδεδωκέναι de perfecti usu cfr. Praef. p. XLIII.

**fr. XXXIX** ad eundem locum de praestantia animi affectuum pertinere videtur. exponitur animam magis causam esse

vitae quam corpus. inde postea effectum esse verisimile est, etiam affectus animi multo maioris esse momenti quam corporis (sic iam Usener).

col. I v. 2—5. Hac enim in re Epicurus dissentit a Democrito, qui corporis atomis singulis singulas animae adiunctas esse voluit, eundem igitur numerum harum et illarum esse putavit. cfr. Lucr. III 370—395.

v. 5 cfr. Diog. Laert. X § 67 (Us. p. 21 scholion) . . . και τὸ μὲν τι ἄλογον αὐτῆς (ψυχῆς), ὃ τῷ λοιπῷ παρεσπάρθαι σώματι· τὸ δὲ λογικὸν ἐν τῷ θώρακι . . . ; cfr. Lucr. III 136sqq.

v. 8—10 διέζωσεν και ἀντέδησε δεζμουμένη] *constringitur a corpore, rursusque corpus constringit.* similiter Lucr. III 323 *haec igitur natura* (sc. anima) *tenetur corpore ab omni, ipsaque corporis est custos et causa salutis.* de tempore cfr. Praef. p. XLIV.

v. 12 ἄπλατον γάλα] de voce ἄπлатος (= ἄπλετος) cfr. Praef. p. XXXVII.

v. 13sqq. toti huic loco similis est locus qui legitur apud Epic. ep. I 65, ubi animae tantum, non corpori sensum innatum esse probatur, et Lucr. v. 396—416, quibus animum maioris momenti esse quam animam ad servandam vitam docetur. sed confitendum est, ea quae legimus de membris abscissis et talibus rebus ad illas Epicuri et Lucretii argumentationes multo aptius afferri quam ad hanc. nam si dicitur, corpore debilitato vel mutilato tamen animam sensum retinere, sed anima expulsa corpus numquam sentire quamvis integrum sit, hac quidem ex re concludi potest, animam solam sensus causam esse, corpusque si sentiat praesente anima, sensum ab illa tantum mutuum habere. Lucretius quoque iure dicere potest, animae quidem magnam partem hominem perdere, cum membra perdat (nam animae semina per totum corpus distributa sunt), neque tamen mori, si modo animus in pectore remaneat, at contra animo interempto etiam animam perire, atque iure ex eo colligere potest, animum ad vitam *dominantio-*rem esse quam animam. sed quid hoc est, quod Diogenes dicit, debilitato vel obtruncato corpore homines non mori, cum anima remaneat, anima autem fugiente mori eos quamvis integrum sit corpus, et inde cognosci posse quam multo maioris ponderis ad vitam servandam sit anima corpore? sanum quidem argumentum non est. eodem iure dicere potuit hominem obtruncato corpore tamen vivere, cum vita remaneret. nam si quis quaesivisset Diogenem, unde cognosceret, num perditis membris anima in corpore permaneret, non dubito, quin responsurus fuerit „quia vivit homo“. Epicuri argumentatio stolidè mutilata est.

col. III v. 9 αὐτοῦ] i. e. τοῦ Ζῆν. construe τοσοῦτον τὸ ψυχικὸν μέρος ἡμῶν αὐτοῦ (τοῦ Ζῆν) βασιλεύει. dubito an recte

conferatur Lucr. III 95 *in quo* (animo scilicet) *consilium vitae regimenque locatum est.* et v. 396/97 *et magis est animus vitae claustra coercens et dominantior ad vitam quam vis animai.* v. 5 ἀκρη]σία cfr. Praef. p. XXXII.

col. IV v. 8 πῆγμα] cfr. col. I v. 11. sed valde dubium est supplementum.

**fr. XL** si recte suppletum est, ad hanc disputationem de praestantia animi affectuum referendum est. — secundi capitis, quo περὶ πράξεων agebatur (cfr. fr. XXIX) nullum fragmentum servatum est.

**fr. LVI** prorsus eadem sententia erat Democriti. cfr. Senec. de ira III 6, 4 (fr. 3 Democriti Diels) *proderit nobis illud Democriti salutare praeceptum quo monstratur tranquillitas, si neque privatim neque publice multa aut maiora viribus nostris egerimus.* sed Epicuri quoque similiter dicta novimus; cfr. Wotke l. c. sent. 21 οὐ βιαστέον τὴν φύσιν ἀλλὰ πειστέον, et Ep. ep. II 86 μήτε τὸ ἀδύνατον καὶ παραβιάζεσθαι et κυρ. δόξ. XXI οὐδὲν προσδεῖται πραγμάτων ἀγῶνας κεκτημένων; Diogenes Epicureus apud Stob. flor. IX 49 οὐδὲν ὑπὲρ τὴν δύναμιν πράττων.

v. 3 πράσσειν. non Attice dictum; cfr. Us. fr. 471 (p. 301, 14) πυρέσσοντες (sic traditum est), fr. 62 (p. 118, 19) συνουσίη, fr. 182 (p. 156, 17) κυθριδίον.

**fr. LVII** v. 2 ἡ διάθεσις magni momenti est ad beatam vitam parandam. cfr. Us. fr. 548 τὸ εὐδαιμον καὶ μακάριον οὐ χρημάτων πλήθος οὐδὲ πραγμάτων ὄγκος οὐδ' ἀρχαί τινες ἔχουσιν οὐδὲ δυνάμεις ἀλλ' ἀλυπία καὶ πραότης παθῶν καὶ διάθεσις ψυχῆς τὸ κατὰ φύσιν ὀρίζουσα. cfr. fr. LIX 9.

v. 4 χαλεπὸν στρατεία. orationis forma similis est in Us. fr. 213 ἡδὺν ἢ φίλου μνήμη τεθνηκότος et Wotke l. c. sent. 9 κακὸν ἀνάγκη, ἀλλ' οὐδεμία ἀνάγκη ζῆν μετὰ ἀνάγκης. ad rem cfr. Plut. de occ. viv. cap. III p. 1128 F Ἐπαμεινώνδῃ λέγεις 'μὴ στρατήγει'.

v. 6 cfr. Us. fr. 565 (Diog. Laert. X 118) οὐδὲ ῥητορεῦσαι καλῶς (Ἐπικούρω δοκεῖ).

v. 7 ταραχῆς γέμον. similiter loquitur Epicurus etiam κυρ. δόξ. XVII ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος, ὁ δ' ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων.

v. 8 εἰ πείσαι δύναται.] i. e. eloquens homo agitur et sollicitudine vexatur, num persuadere possit, num efficiat quod vult. ultima sententia et ad militiam et ad eloquentiam pertinet. (aliter Heb. et. Kal. sententiam intellegere videntur.)

**fr. LVIII** ad rem cfr. κυρ. δόξ. IV οὐ χρονίζει τὸ ἀλγοῦν συνεχῶς ἐν τῇ σαρκί, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄκρον τὸν ἐλάχιστον χρόνον πάρεστι, τὸ δὲ μέσον κτλ., et Ep. ep. III 133 . . . τὸ δὲ τῶν

κακῶν (πέρας) ... ἢ χρόνους ἢ πόνους ἔχει βραχεῖς; cfr. etiam Senec. dial. I 6, 6 *contemnite dolorem: aut solvetur aut solvet*, ep. 78 § 7 et 17, Wotke l. c. s. 4, Us. fr. 446 sqq.

v. 7/8 ὑφαίρεισιν λαμβάνειν. talibus locutionibus libenter Epicurus utitur, ut λύσιν λαμβάνειν, ταραχὴν λαμβ., σύγχευσιν λαμβ., κινήσεις λαμβ. aliis.

**fr. LIX** v. 1—4. cupiditatum haec duo genera (φυσικαὶ καὶ κεναὶ) habes apud Ep. ep. III 127 (tria autem κυρ. δόξ. XXIX φυσικαὶ καὶ ἀναγκαῖαι, φυσικαὶ μὲν οὐκ ἀναγκαῖαι δέ, οὔτε φυσικαὶ οὔτε ἀναγκαῖαι), naturales autem cupiditates iterum dividuntur in necessarias et tantum physicas (i. e. non necessarias). — antecedit fortasse δεῖ κατανοῆ]σαι.

v. 9 διαθέσεις cfr. ad fr. LVII v. 2.

**fr. LX** exemplum vasis etiam apud Lucr. III 936 sqq., 1003 sqq., VI 16. semper homo vel animus eius cum vase comparatur. sic hic quoque supplevi. contra περιρεῖν ἔξωθεν nisi de humore superfluyente dici non posse videtur. — v. 4 ἀμφοτέρα] scilicet ὁ παρὰ τὴν φύσιν πλοῦτος et ὕδωρ. ad sententiam v. 1—6 cfr. κυρ. δόξ. XV ὁ τῆς φύσεως πλοῦτος καὶ ὠρισταὶ καὶ εὐπόριστός ἐστιν· ὁ δὲ τῶν κενῶν δοξῶν εἰς ἀπειρον ἐκπίπτει.

v. 9/10 ἡδεσθαὶ καθαρώτερον] ἡδονὴ ἀκάθαρτος legitur Us. fr. 416 (p. 356, 25) cfr. Cic. de fin. I § 58 *liquidae voluptatis et liberae*, Lucr. III 40 *voluptatem liquidam puramque*. imprimis autem tam ad hunc dicendi morem quam ad totam sententiam conferendum est quod legitur Vol. Herc. coll. I tom III col. XV 37 sqq. τοῦτο γὰρ δεῖται ποιεῖν τὴν χρεῖαν ἄλυπον, καὶ τὸ διὰ ταύτης τέρπον ἀκέραιον, τὸ μὴ προσεῖναι τῇ πλοῦτου κτήσει τοῖς σοφοῖς φροντίδα βαρεῖαν, πῶς δυνήσεται σψῆζεσθαι.

**fr. LXI** v. 8sqq. Heb. et Kal. ita supplevit, ut hominibus in ipso dolore ingemescens opponantur ei, qui dolore iam remoto postea queruntur et lamentantur. talem significationem vox ἐπιθρηνεῖν quamquam habere postest, tamen probabilius esse mihi videtur, gemitui (v. 2) hic opponi luctum et lamentationem, quae in ipso dolore fiunt. Quae etiam apud Ciceronem Tusc. II § 55 gemitui opposita esse videmus: *ingemescere nonnumquam viro concessum est, idque raro, eiulatus ne mulieri quidem* (cfr. § 57).

**fr. LXII** hoc fragmentum, cui simile est fr. II col V et fr. XXIV col. I et II, ex novae scriptorum seriei praefatione esse puto, qua scriptor rationem reddat, cur haec prioribus scriptis addat (cfr. Praef. p. XVIII).

v. 1 antecedit fortasse πρὸς τοὺς φρονίμους τῶν εἰς τόπους τού]τους κτλ.

v. 9 tale quid secutum esse puto ὅτι τῇ γνώσει τῶν . . . .  
[λείαν ὠφελήθησθε, καὶ ἄλλα μου γεγραμμένα προσθήσω].

**fr. LXIII** col. I species hominum absentium maximum excitant metum, quia quomodo fiant ab hominibus explicari non potest. contra praesentium hominum species ne minimo quidem metu afficiunt. quamquam, si recte earum naturam perspicias, prorsus eodem modo fiunt et hae et illae. — cur talia in hac columna supplenda sint, ex adnotationibus insequentibus cognosces.

col. II locus obscuritatem quandam habet, quam Usener et editores Austriaci mutato vel addito verbo tollere conati sunt. ac primum videndum est, de qua re agatur. quaeritur subiectum generis feminini verborum ἔχουσι et ὑφειστήκεσαν. quod vix dubium est quin idem significare debeat atque φάσματα (col. III v. 2/3). supplevi igitur in prima columna φαντασίαι. idem Usener censet, cum in adnot. p. 427 proponit (col. I v. 9) [αἱ δὲ τῶν φασμάτων] διαθέσεις καὶ ἰδέαι ἄντικρυς κτλ. quae autem Heb. et Kal. supplet [αἱ ψυχικαὶ] διαθέσεις] quomodo cum sequentibus congruant non intellego. has autem notiones idem valere dicit scriptor, si ad absentes res (vel homines) quod si ad praesentes pertineant (v. 1—3). quod ut demonstrat, dicit notiones non posse manu comprehendī (ἀπται οὐκ οὔσαι), sed animo vel ratione (διανοηταί). adhuc res perspicua est. admonendum est tantum, secundum Epicurum homines ut oculis videant ita et animo notiones quaslibet comprehendere per simulacra a rebus affluentia (cfr. Ep. ep. I 49 ἐπεισιόντος τινὸς ἀπὸ τῶν ἔξωθεν τὰς μορφὰς ὁρᾶν ἡμᾶς καὶ διανοεῖσθαι). plane igitur rem intellegeremus, si notiones, quippe quae per simulacra in animum affluentia et manu non comprehensibilia efficiantur, eandem vim habere diceret, si ab absentibus hominibus ex magno intervallo atque si a praesentibus ex propinquo venirent. legimus autem sequentibus versibus τὴν αὐτὴν ὅσον ἐφ' ἑαυταῖς ἔχουσι δύναμιν πρὸς τοὺς παρόντας τῇ ὅτε καὶ παρόντων ἐκείνων ὑφειστήκεσαν. qua re nunc paulisper omissa primum ea contemplemur, quae ab Usenero et editoribus Austriacis temptata sunt. ac primum quod Usener conicit τὴν αὐτὴν . . . ἔχουσι δύναμιν πρὸς τοὺς ἀπόντας (sive μὴ παρόντας) τῇ ὅτε καὶ παρόντων ἐκείνων ὑφειστήκεσαν melius esse videtur quam quod illi praebent τὴν αὐτὴν . . . ἔχουσι δύναμιν πρὸς τοὺς παρόντας τῇ ὅτε καὶ μὴ παρόντων ἐκείνων ὑφειστήκεσαν. neque enim probatur, praesentium hominum notiones idem valere atque absentium, sed absentium idem atque praesentium. sed Useneri quoque mutatio placere non potest. quid enim est, notiones eandem vim habere πρὸς τοὺς ἀπόντας τῇ ὅτε καὶ παρόντων ἐκείνων. ὑφει-

στήκεσαν? aliud esset, si diceretur τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν αἱ φαντασίαι τῶν ἀπόντων τῇ ὅτε καὶ παρόντων ἐκ. ὑφ., quamquam hoc quoque simplicius et aptius sic dici potest τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν αἱ φαντασίαι τῶν ἀπόντων καὶ τῶν παρόντων. sed verba πρὸς τοὺς ἀπόντας sequenti sententiae omnino opponi non possunt, cum, si Usenerum sequimur, illic quidem de ea vi quam habeant notiones a praesentibus effectae, hic autem non de ea vi, quam notiones ab absentibus effectae habeant, loquatur scriptor, sed de ea, quam habeant in absentes (πρὸς τοὺς [ἀπ]όντας). non igitur fieri potest, ut hic eodem modo oppositos esse putemus absentes et praesentes atque v. 1—3. itaque videamus, num nullo verbo mutato sententia intellegi possit. atque hoc quidem primum apparere mihi videtur verbis (v. 3) ἀπταὶ οὐκ οὔσαι et (v. 6) ἔχουσι audienda esse non omnino αἱ φαντασίαι (i. e. omnes notiones), sed αἱ φαντασίαι τῶν παρόντων. si enim scriptor dixisset v. 1 (αἱ φαντασίαι) εἰσὶν αὐταὶ καὶ μὴ παρόντων καὶ παρόντων (eadem sint et absentium et praesentium notiones), vocibus οὔσαι et ἔχουσι audienda esset αἱ φαντασίαι, sed cum de absentium tantum notionibus loquatur (nam αἱ φαντασίαι τῶν μὴ παρόντων subiectum est sententiae, et dicitur has tales esse quales praesentium, non easdem esse has et illas) fieri non potest, ut proximae sententiae verbo ἔχουσι in universum omnes notiones audiantur, nisi aperte dicatur πᾶσαι γὰρ φαντασίαι ἀπταὶ οὐκ οὔσαι κτλ., sed subiectum idem esse necesse est atque antecedentis sententiae. quod si tenemus, tota sententia perspicua fit. ἀπταὶ γὰρ οὐκ οὔσαι (αἱ φαντασίαι τῶν ἀπόντων) τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν. . . . τῇ ὅτε καὶ παρόντων ἐκείνων ὑφειστήκεσαν, i. e. *eandem vim habent notiones absentium atque tum, cum quondam antea illis praesentibus subsisterent* (sc. animo). propriam habet significationem vox ὑφειστήκεσαν „als sie (dem Geiste) untergetreten waren“. κατὰ παραστάσεις εἰδώλων somnia fieri dicit Democritus (Democriti fr. 163 Diels). praesentes autem illi v. 7, πρὸς οὓς αἱ φαντασίαι τῶν ἀπόντων τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσι, non alii esse possunt nisi ii, quibus absentium notiones suboriuntur; praesentes autem dicuntur prolepsi quadam, cum absentibus, quorum accipiunt notiones, opponantur. *notiones absentium eandem vim habent in praesentes, atque tum, cum illis quoque (καὶ) praesentibus animo eorum substiterunt*. cfr. fr. XVIII col. II v. 5 ἔναρθρότερος δ' οὔτος ἐγείνετο διὰ τὸ ἐν ἀμφοῖν ἡμεῖν παροῦσι στρέφεσθαι. (non dicit συνοῦσι, sed παροῦσι, quia de Antipatro non praesente cogitat, de quo postea col. III v. 3 loquitur.) col. II v. 1—2 τοιαῦται καὶ μὴ παρόντων οἶαι καὶ παρόντων] καὶ abundat, cfr. fr. XXVII col. II v. 5. col. III. v. 4—10 supplementa satis certa esse videntur.

versus 1—3 ita supplevi ut, sicut postulatur, oppositi sint sequentibus versibus. matrem opinor nocturnis somniis, quibus filium videre putabat, sollicitatam et filio aliquid accidisse ratam consolatur Diogenes, cum primum tales species absentium nihili faciendas esse ostendat (usque ad col. III v. 3), deinde exponat, e contrario se maximis bonis philosophia praebitis frui (col. III v. 3 usque ad proximi fragmenti col. I v. 10).

col. IV v. 1 ἡμῖν τὰδ', οἶα scripsi, sed dubitans. *non parva nobis contingunt haec, quippe qualia nos cum dis adaequent.* melius diceret <τοιαῦ>τα δ', quae fortasse culpa lapicidae truncata sunt.

v. 3 homines deorum beatitudinem assequi posse saepius Epicurus dixit, velut fr. 602 ἔλεγεν (Ἐπίκουρος) ἐτοιμῶς ἔχειν καὶ τῷ Διὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας διαγωνίζεσθαι μᾶζαν ἔχων καὶ ὕδωρ et Epic. ep. III 135.

v. 4 aeternitatem nihil afferre ad beatam vitam dicit Epicurus apud Cic. de fin. II 27, 87 *negat Epicurus ne diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre, nec minorem voluptatem percipi in brevitate temporis quam si illa sit sempiterna.* cfr. Cic. l. c. I 19 § 62/63, κυρ. δόξ. XIX, XX.

**fr. LXIV** col. I cum prioris fragmenti columna quarta arte coniuncta est. „cum vivimus“, inquit, „aeque atque dei laetamur, cum mortui sumus, omni sensu caremus, itaque nos voluptates vitae amisisse non sentimus.“ quo probatum est, quod fr. LXIII col. IV dicitur, mortalitatem nos minime impedire, quominus deorum beatitudinem adaequemus.

vv. 1—5 quin ita intellegendi sint, ut modo dixi, vix dubium esse potest. conferendus est ex compluribus similibus locis imprimis Pseudoplat. Axioch. p. 669 D sqq. (toti huic libello multa insunt Epicurea): (Ἀξίοχος)... ἐμὲ δὲ ἡ στερήσις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν λυπεῖ... Σωκράτης· Συνάπτεις γάρ, ὦ Ἀξίοχε, ἀνεπιλογίστως τῇ στερήσει τῶν ἀγαθῶν ἀντεισάγων κακῶν αἴσθησιν, ἐκλαθόμενος ὅτι τέθνηκας. λυπεῖ γάρ τὸν στερόμενον τῶν ἀγαθῶν ἡ ἀντιπάθεια τῶν κακῶν, ὁ δ' οὐκ ὦν οὐδέ τῆς στερήσεως ἀντιλαμβάνεται.

v. 4 δὲ tam longe ab initio sententiae remotum in simili sententia fr. LXVI v. 11 ἀν μὴ διαγένωμαι δέ.

v. 7 προσδόκα ἡμᾶς χαίροντας cfr. Praef. p. XXVIII.

v. 9 ἔπαιρε σεαυτὴν ἐφ' οἷς πράττομεν. Usenerum haec verba interpretantem puto recte proficisci a formula ἔπαιρε σεαυτόν, quam saepe apud poetas tragicos et comicos legimus, i. e. surge. hic autem metaphorice dicitur et ut verba gaudendi et alia eius generis construitur. matrem propter somniantem, ne filius male se habeat (cfr. ad fr. antecedentis



col. III v. 3 et huius fragmenti col. III v. 9 βαρεῖσθαι), bono animo esse, animum colligere iubet de ea re (ἐφ' οἷς πράττομεν), quoniam e contrario talibus bonis fruatur.

col. III v. 1—7 διὰ τὸ τοὺς φίλους καὶ τὸ τὸν πατέρα πέμπειν...καὶ διὰ τοῦ Κλέωνος...ἀπεσταλκότος. variae structurae mire componuntur. non multum abest, quin corrigas lapicidae errorem in ἀπεσταλκότα (scil. τὸν πατέρα διὰ τοῦ Κλέωνος).

v. 9 βαρεῖσθαι. de voce cfr. Praef. p. XXVI (= βαρέως φέρειν), ad rem cfr. fr. LXIII col. III 1—3 et huius fragmenti col. I 9 et quae ibi adnotantur.

v. 9/10 συνχρησθαι „intime uti“ cfr. Praef. p. XXVIII.

**fr. LXV** col. II v. 3 sqq. construe ὑπὸ τε σοῦ συνσταθέντες αὐτῇ... τοῦ τε θαυμασίου Κάρου κ. Δ.

v. 10 καθ' ὃν χρόνον redit ad col. II v. 2 ἀνεγκεῖν ἡμᾶς. comperimus Diogenem quondam aegrotantem Rhodo apud mulierem quandam habitasse ibique e morbo convaluisse. nonne illis temporibus epistolam ad Antipatrum scripsit? (fr. XV col. II v. 10.)

**fr. LXVI** initium testamenti esse videtur.

v. 11 ἂν μὴ διαγένωμαι δ' de voce δὲ tam longo ab initio sententiae remota cfr. fr. LXIV col. I 3 ἂν μὴ αἰσθάνηται δέ. cum voce καὶ coniuncta saepius sic usurpatur.

**fr. LXVII** cur huc referendum esse putarem, dixi in Praef. p. XII.

**fr. LXVIII** libri initium esse videtur. fortasse talia dixit scriptor: *saepe, o adulescentes, et aegre ferebam, quod senectutem ei qui nondum adepti sunt tamen accusant, quasi molestias eius iam cognoverint, et....* insequentibus fragmentis senectus defenditur. Epicurus quoque senectutem laudat Wotke l. c. sent. 17 οὐ νέος μακαριστέος, ἀλλὰ γέρων βεβιωκῶς καλῶς. ὁ γὰρ ἐντὸς ἀκμῆς πολὺς ὑπὸ τῆς τύχης ἑτεροφρονῶν πλάζεται. ὁ δὲ γέρων καθάπερ ἐν λιμένι τῷ γῆρα καθώρμικεν τὰ πρότερον δυσελπιστούμενα τῶν ἀγαθῶν ἀσφαλεῖ κατακλείσας χάρακι.

**fr. LXIX** antecedit fortasse [καλὸν μέντοι ἐστὶν ἀκεραίοις χρώμενον] ταῖς αἰσθήσεσι κτλ. Diogenem puto pugnare contra eos, qui senibus perditō aliquo sensu e vita decedendum esse censeant. profecto eo quidem fragmento, quod post hoc posui, de caecitate loquitur.

**fr. LXX** col. I v. 5 εὐθέως dicit, quasi pergat προσθήσω. vv. 7 sqq. sic intellegendi esse videntur: „si quis oculorum hebetationem, qua senes afficiuntur, caecitatem appellet, is ovem gladio tondeat, i. e. in re exigua graviore utatur voce“. proverbium aliunde mihi non notum.

**fr. LXXI** col. I sic intellego: inter alias senectutis molestias adversarii etiam membrorum tarditatem attulerunt. quos ut refutet, scriptor dicit: *si elephantum — nam ei maxima inest membrorum tarditas — propter tarditatem etiam miserum esse volunt, tum eis credendum est.* verba tamen suppleta non valde placent.

col. II v. 4 sqq. sic intellego: contra eos, qui aegritudines senectutis accusant, primum dicendum est, illud non contra senes dici; in univrsum enim iis, quibus cupiditates non insunt, ne aegritudines quidem insunt (senibus autem cupiditates non insunt, ergo ne aegritudines quidem). ad v. 7 sqq. cfr. Lucr. III 900 sq.

**fr. LXXII** v. 5—8 adversarios puto scriptorem fingere senectutem accusantes, quod homines inutiles reddat, atque senes monentes, ut, quod senum sit, somno sese dedant. inde a versu 9 autem scriptor suam de hac re sententiam exponit. — versus Homericus ab adversariis paulum mutatus est. legitur Od. ω 254 sq. τοιούτω δὲ ἕοικας, ἐπεὶ λούσαιτο φάγοι τε, εὐδέμεναι μαλακῶς· ἢ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων.


**fr. LXXIII** v. 6 ὁ αὐτὸς. idem scilicet, cuius versibus etiam adversarii usi erant fr. antecedente. nunc eiusdem poetae versibus suam sententiam confirmat. — versus Homericus sunt Il. B 53 et Γ 150; quos Usenerus agnovit.


**fr. LXXIV** ἀρτίους cfr. Praef. p. XXXVIII.

---



Druck von B. G. Teubner in Leipzig.





PA  
3965  
D558  
1907

Diogenes of Oenoanda  
Fragmenta

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

